PACIS QVERI·MONIA

DES · ERAS · ROTE ·:

Solida pax haud constat affinitatibus C iiij
quorum impia felicitas a publica pendat
infelicitate E iij

DE BAP-
TISMO

PARVVLORVM
LIBER VNVS
Ioã. Cochlei. Ad-
uersus assertio
nem Marti.
Lutheri.

❧

DOMINO IVSTO IONAE, PRAEPO-
sito Vuittenbergẽsi, Io. Cochlęus bñ agere.

QVAM fideliter ad pacem hortatus fuerim Vuormatię lutherũ, Iona humanissime, probe nosti, si vis fateri verum, Cũ audieris me, qui te facie nondum noueram, obnixe precari, vt si salutem contẽneret suam, saltem Phillippi, Ione & id genus mirę indolis et ingenij iuuenum plurimorũ quieti studijsq; consuleret. Quã doquidem non ignoraret, quęnã dicta & manu propria scriptura fuerit in ipsum Cęsaris nostri sententia ęliorũq; Imperij pcerũ mens & consensio. Cum vero, Stursij vestri impulsu in disceptationem descensum esset breuiculum meminisse adhuc te credo, quo tũc fuerim animo pro asserenda veritate Catholica, Certe non alio fui deinceps, neq; eum animum mutabo vnq;. Attamen improbitas vestrorum continuo mihi calumniam ex eo colloquio astruxit. Qua de cum te altero die, casu mihi obuiam factum, interrogarem, scin Iona, q; callide dissimulaueris? Ego tamen minime ignorapam, tete illi, qui retulit mihi, dixisse, quod ex te interro.

DE BAPTISMO PARVVLO. LIBER vnus Ioan. Cochlei aduersus secundũ Articulũ, male assertũ a Mar. Luthero.

LVTHERVS.

In puero post baptismum negare remanens esse peccatũ, est Paulum & Christũ simul conculcare. Art. II

COCHLEVS.

IMMO Luthere, tu conculcas hac altera impietate tua, cũ christo simul et Paulo totã pariter ecclesiam, oẽmq; penitus fidẽ religionem ac pietatem christianam. Quod facillime demõstrari poterit si modo id vllis dubiũ sit vero christianis. Sed dubiũ sit reuera nullis põt esse christianis, quod christus ipse docuit, quod nobis oẽs tradiderunt Apostoli, quod in hanc vsq; diem vniuersa tenuit tenetq; ad huc in concussa fide ecclesia.

Vere tu ex canibus illis es & porcis, de quibus fideles suos in Euangelio dominus admonuit, dicens. Nolite sanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras añ porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Dedit tibi olim puero sanctum baptismũ pia mater Ecclesia, cõtra quam nunc conuersus canina rabie immanissimos ędis latratus, vt eam schismate dirumpas. Dedit tibi sacros ordines vix bene adulto, q̃s nunc immũdissimis irrisionibus prophanando cõculcas posteaq; Vuicglephicus factus es porcus hussitica glande saginatus. Tu igitur christum & ecclesiã in sacramentis, quibus & gratiam abnegas & peccata ascribis, cõculcas impię, non nos, qui fidem sequimur Apostolorum credẽtes, remissionem peccatorum dari in baptismo. Mat. 7.

Huic tu articulo tuo assertionẽ ad iecisti, oĩm quidẽ longissimã, sed ita vanã, vt ne vna q̄dem syllaba de pueris, de q̄bus loquit̃ articulus, in ea contineat. Qua tu igit̃ impudentia tot allegatões nugacissime deblacteras, nihil ad rẽ p̄ntinẽtes quę eñ in pueris cõcupiscentia, q̃ pugna carnis et spũs? q̃ libido. Ar vana Luthe. assertio.

bitror enim te puerũ hic dicere, iuxta vulgarẽ loquendi vsum infantem & paruulũ, qui recens natus, ab vtero matris, defertur ad baptismũ, vt renascatur in christo, Is enim potissimũ nostris tẽporibus baptizari solet. Nõ puer adultior aut seruus, qui vsum habet rationis. Argutię aũt tuę adultos tangũt nõ paruulos, Hic igitur nihil habes, quod pueros vrgeat, preter nudum articulum, quem crudeliter vęsana temeritate asseris tantum, non demonstras &c.

OCTO ACCEPTIONES PECcati in scripturis.

NE AVTEM in ęquiuocis fallamur, operę preciũ fuerit preuidere, quõ accipias hic peccatũ. Varie enim in diuersis scripturarũ locis accipitur hoc vocabulũ.

Leui.5. Frequentissime quidem solet accipi pro actu peccandi. Vnde

I ait in Leuitico dominus anima quę iurauerit & protulerit labijs suis, vt vel male quid faceret, vel bene & nõ fecerit, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnum siue capram, orabitq; pro ea sacerdos & pro peccatis eius. Sic & ait Samuel ad Saul regem. Quasi peccatũ ariolandi est repugna

1.reg.15. re & quasi scelus idolatrię nolle atquiescere. Dixitq; saul ad samuelem, peccaui, q; preuaricatus sum sermonem dñi & verba tua. Sic & apostolus ait ad Romanos, cum essemus in carne,

Ro.7. passiones peccatorũ, quę per legem erant, operabantur in mẽbris, nostris vt fructificarent morti. Frequenter itẽ accipitur

II peccatum pro reatu, vinculo & obligatione, qua tenetur deo, his qui actũ peccati admisit. Vnde ait ad Cain dominus Nõne si bñ egeris, recipies? Sin aũt male, statim in foribus pecca

Gen.4. tũ aderit. Et sanctus Iob, cur non tollis peccatum meũ. Et regi

Iob.7. us propheta. Peccatum meũ contra me est semp. Et sapiens, si

ps.50. cut in sereno glacies, soluetur peccata tua. Non certe actus pec

Ecc.3. cati manet in foribus, qui transit in ipso operę, sed reatus remanet & offensa, quę tollitur postea, qñ peccatum dimittitur extinguitur offensa, deletur chyrographũ, soluitur vinculũ et

laqueo contrito dirumpũtur funes peccatorũ,quibus constri-
gebamur.Interdũ accipitur peccatum pro macula,quę ex pec-
cato relinquitur.Vnde ait per Esaiam dñs.Si fuerint peccata III
vestra vt coccinum quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra Esa.i.
quasi vermiculus,velut lana alba erunt.Inquinãt enim at in
ficiunt animã peccata,iuxta illud saluatoris.Quę procedunt Math.xv
de ore,exeunt de corde,& ea coinquinãt hominẽ.De corde au
tẽ exeunt cogitationes malę,homicidia,adulteria,fornicatio-
nes,furta,falsa testimonia,blasphemię,Hęc sunt quę coinqui
nant hominẽ.Non lotis aũt manibus maducare, nõ coinqui
nat hominẽ.Hinc ait apostolus ad Timotheũ,vt serues man i.Ti.6.
datũ sine macula irreprehẽsibile.Omnes aũt eiusmodi labes,
obscuritates sordes & maculas, abstergit gratia baptismalis,
Vnde ait ad catechumenos B.Ambrosius. Quia constat Ie- Amb.ĩ
sum christũ,non sui causa baptizatũ esse,sed nostri, debemus ser. de
gratiam baptismatis eius omni festinatione suscipere. Et de grai ba.
fonte Iordanis,quẽ ille benedixit,benedictionẽ consecrationis
haurire.Vt in eum gurgitẽ,in quẽ illius sanctitas mersit,no-
stra peccata mergantur.Scilicet, vt eadem aqua,quę dñm cir
cũdedit,& seruulos circumpurget,Et ijsdem vestigijs atq; mi
sterijs,quibus benedictionẽ a saluatore est mutuata,nos foe-
tu beatiore purificet,gratiamq; quã a christo suscepit, in chri
stianos refundat.Quarto sumitur peccatũ pro culpa origina IIII
li, quã per generationẽ carnalẽ contrahimus ex Adã primo
pnte generis humani,iuxta illud apostoli ad Romanos, sicut Ro.5.
per vnum hominẽ peccatum in hũc mundũ intrauit, & p pec
catũ mors,& ita in oẽs homines mors pertransijt, in quo om
nes peccauerunt.Quinto accipitur pc̃m pro poena peccati.Si V
cut dixit Nathan ad Dauid,dñs quoq; transtulit peccatũ tu i.regi i2.
um,non morieris.Veruntñ quoniã blasphęmare fecisti inimi
cos nomẽ domini,propter verbũ hoc, filius qui natus est tibi
morte morietur.Sexto sumitur peccatũ pro fomite, cõcupiscẽ VI
tia, pronitateq; ac inclinatione ad peccandum quę nobis acci

dit ex preuaricatione prothoplasti, per quā amisimus iusticiā originalem, qua corpus animę, & anima deo per omnia obediebat. Postq̄ vero anima inobediens facta est deo per preuaricationē, corpus quoq̄ inobediens factū est animę. Hinc est illa carnis aduersus spiritū repugnantia. Vnde ait apostolus

Ro. 6. ad Romanos. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscētijs eius, sed neq̄ exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Peccatū enim vobis non dāna-

Ro. 7. bitur, non enī sub lege estis/sed sub gratia. Et infra. Non em̄ quod volo bonum, hoc ago, sed quod odio malū, illud facio. Si aūt quod nolo, illud facio, consentio legi quoniā bona est Nunc autē iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Scio enim quia non hītat in me/hoc est in carne mea bonum. At eiusmodi carnis cōcupiscentia nō est peccatū proprie dictum, si non cōsenserint desyderijs eius voluntas, quia et inuitis adest/ & ea bene vtuntur cōiugati in ꝓpagatione ꝓ

VII lis, Toto igitur erras Lurhere cęlo, qui fomitē hunc infra dicis vere esse peccatum actuale. Septimo accipitur peccatū pro

2. Cor. 5. peccati oblatione. Et hoc modo christus quoq̄ dicitur peccatū Iuxta illud Pau. ad corinthios. Eū qui nouerat peccatū, ꝓ no

VIII bis peccatū fecit deus. Octauo accipitur peccatū pro diabolo qui suasor & procurator est peccati. Vnde super illud Aposto

Ro. 8. li ad romanos, Deus filium suū mittens in similitudinē car-

Amb. in nis peccati, de peccato damnauit peccatū in carne. Ait B. Am

expositi. brosius, hoc est, peccatū peccato proprio damnauit. Christus

ad literā. enī cū a peccato crucifigitur quod & Sathanas, peccauit peccatum in carne corporis saluatoris. Quo facto, damnauit deus peccatū in carne, ibi vtiq̄ vbi peccauit. Sicut & in alia epi

Col. 2. stola ait Detriūphans illos in ipso, Id est christo. Vide luthere q̄ false & inique dicas, q̄ non liceat vlli angelorum, nedum ipsis hominibus, verba dei pro suo sensu interpretari, vt quod illa peccatū aperte vocāt, illi defectū interpretentur. Ecce quanta esset absurditas, si pctm̄ vno tm̄ sensu in scripturis acciperet:

Quandoquidem sequeretur diuersissimarum rerum Babylonica quędam cōfusio, si sub eadem interpretatione diceretur peccatum, Actus malus, Reatus, macula, Culpa originalis, Poena, fomes, christus, diabolus. His ita premissis, ad articuli tui impietatem apertissime conciuēdā descendere nūc libet.

BARBAREIS ET CRVDELTAS huius Paradoxi.

IN PVERO post bapti. remanens asseris esse peccatū. Et tale quidem peccatum, quod nō solum poena sit peccati, verum & culpa. Non solum defectus, sed & reatus. Nō solum fomes & radix, verum & libido & omnis alia passio. Deniq; non solum habitual, sed & vere actuale, actualis priuatio siue defectus eius rei quę adesse debet, & actualis positio seu pręsentia infirmitatis & aliorum affectuū, qui deesse debent. Quis obsecro piorū hęc, vsq; adeo dura et crudelia, sine stomacho legat et absq; horrore? Quis non execretur hanc barbarissimā impietatem? Quis item in homine docto cecitatem non miretur ita vecordem. Quommdo potes tam parricidale asserere paradoxum sine omni scriptura, sine teste, sine ratione? Si nō exuisses, per barbarā hanc Hussitarꝫ sectā, oēm prsus humanitatē in hāc immanissimā profecto feritatem degenerare non potuisses.

Nam & beluinā feritatē furor iste tuus exuperat. Quippe rex ferarū Leo prostratis parcit, & vbi sęuit, in viros prius q̄ in foeminas (vt ait Plini.) fremit infantes vero non nisi in magna fame inuadit. Et Lupā scribit Liuius, in principio Historię suę, sitientē ex montibus ad puerilē vagitū cursum flexisse eāq; sum missas infantibus (Romulo scilicet & Remo) adeo mitem prebuisse mammas, vt lingua lambentē pueros magister regij pecoris inuenerit, Hoc tn̄ Plinius magnitudini fato rū acceptum referri æquius q̄ ferarum naturę arbitratur. Tametsi scribant plęriq;, & Plinius ipse quoq; referat, nonnulla exempla de Delplinis, qui pueris non solū pepercerint, sed et

Plini. in naturali hi. lib. 8. ca. 16.

eo. c. 17.

amorem obsequiũq́ mirabile studio exhibuerint. Quid aũt ferotius Leone, quid rapacius lupa, quid ab humano cultu re-
Pli. lib. .9. ca. 8.
motius delphino. Et tñ innocentiam infantum naturali quodam instinctu agnouerũt feræ, quã tu denegas et baptizatis.

Vnde & hinc poteris haud inmerito videri porcus, q̃ adeo bestialiter infantium cõculcas innocentiã. Ferũt enim porcus brutissima q̃dam bestialitate infantes deuorare, si quos inueniant solos & derelictos. Et nos hoc anno certa colonorum nostrorũ relatione cognouimus, suum porcellum in proximo ab hinc pago enecasse infantẽ, facie pectoreq́ brutaliter depastũ. Tu vero nõ faciẽ aut pectus vnius aut alteri⁹ depopularis in-
In pockẽ heym anno. 1521.
fantis, sed totam carnem omniũ puerorũ, q̃libet baptismo expurgatam fœda deformas libidine. Et quod grauius est, animas omnium, licet salutari lauacro expiatas, peccatis facis obnoxias, atq́ a corpore demigrãtes remoraris ab ingressu cæli. Quis obsecro vnq́ tam inmitis visus est infantum parricida, Duræ fuerunt masculis amazones. Crudelis progne, cruenta Medea, sæuus Pharao, inmanis Herodes, hi tñ corpora dũtaxat infantium peremerunt. Tu & animas, cuiuis sacro fonte ablutas, perdis, addicis peccato, excludis cælo, obtrudis diabolo.

PEIOR MEDEA LVTHERVS.

CRVENTISSIMA sane fuisse fertur Medæa, quæ scelerato furore & fratris & Natorũ suorum sanguinẽ proprijs hausit manibus. De quo scelere, multis post sæculis, Theatra obstupuerunt in tragedijs, crudelitatẽ exaggerante ingenio poetarũ, Sic enim ipsa apud Senecam loquitur, contra Iasonẽ maritũ, sæuo irarum stimulo percita.

Seneca in tragedia septima.

D iscessit, ita ne est vadis oblitus mei
Et tot meorum facinorum? excidimus tibi
Nunq́ excidemus, hoc age, omnes aduoca
Vires & artes, fructus est scelerum tibi
Nullum scelus putare, vix fraudi est locus

Timemur, hac aggredere, qua nemo poteſt
Quicq̃ timere, perge, nunc aude, incipe
Quicquid poteſt Medea, quicquid non poteſt
Quid animę ceſſas, ſequere fœlicem impetum
Fas omne cedat, abeat expulſus pudor
Vindicta leuis eſt, quam ferunt paruę manus
Incumbe in iras, te languentem excita
Iuuat, iuuat, rapuiſſe fraternum caput,
Artus iuuat ſecuiſſe, & arcano patrem
Spoliaſſe ſacro, iuuat in exitium ſenis
Armaſſe natas, quęrere materiam dolor,
Ad oẽ facinus non rudẽ dextrã afferres. Et infra
Ego ne, vt meorum liberum & prolis meę
Fundam cruorem in melius ha dęmens furor,
Incognitum iſtud facinus, ac dirum nefas,
A me quocq̃ abſit, quod ſcelus miſeri luent?
Scelus eſt Iaſon genitor, & maius ſcelus
Medęa mater, occidant, non ſunt mei,
Pereant, mei ſunt, crimine & culpa carent
Sunt innocentes, fateor, & frater fuit.
Quid aĩe titubas, ora quid lachrymę rigant?

Ecce tibi Luthere Medęam, ira doloreq̃ furentẽ. Quid hęc ad rem. Extranea ſunt, fateor, non pertinẽt ad Theologos, ſed et articulus tuus ab omni prorſus Theologia eſt alienus & degener. Superat omnẽ tragediam tua poſitio, & maior eſt impietas tua q̃libet nefandis Medęę parricidijs. Quid ita? Medęa dixit, Crimine & culpa carent paruuli, ſunt innocentes. Tu vero dicis. Non carẽt peccato & culpa pueri, & baptizati, nõ ſunt innocentes, ne poſt baptiſma quidẽ, tenentur peccato, feruent libidine, ſubiecti ſunt animi paſſionibus. Medęa ſuum agnoſcebat ſcelus dirum., Tu impietatẽ tuam omnibus pſuadere cupis, velut ſacrũ dogma. Medęa non in odiũ paruulorũ ſed in vltionem viri concitabat ſceleris impetũ. Tu in odium

generis humani, & in opprobriũ totius religionis, hanc euo-
mis absurditatẽ. Medea iniurijs, ꝑfidia, exilio, periculisq́ꝫ gra
uissimis, ac diris vltricibus, furẽs & amẽs incitabat̃ ad scelus.
Tu libere ac sponte, nullis lacessitus iniurijs, nec a pueris nec a
ꝑntibus, hanc crudelissimã dictasti sententiã. Deniq́ꝫ duobus
tm̃ ꝑuulis impia extitit Medea. Tu oĩbus: illa suis, tu alienis:
illa in corpe, tu in corpe & aĩa: illa in terris, tu & in cęlo: illa
ferro vtebat̃ ad nefas, tu impio fuco gladiũ spũs antiq̃ pietati

IMMITIOR PHARAONE LVT. (opponis.

AGE videamus, num Pharaone mitior sis pueris hac tua sententia. Dixit aũt rex Aegypti (vt sacra habet historia) obstetricibus hebręorꝝ. Qñ obste tricabitis hebręas, & tẽpus partꝰ aduenerit: si ma sculus fuerit, interficite eũ: si fœmina, reseruate. Timuerũt aũt obstetrices deũ, & non fecerũt iuxta pręceptũ re gis Aegypti, sed conseruabãt mares. Pręcepit ergo Pharao oĩ populo suo dicẽs. Quicq̃d masculini sexus natũ fuerit, in flu men ꝓijcite: quicquid fœminei, reseruate. Durũ sane ac nimis crudele regis edictũ / sed multo durior tua Luthere sententia. Quid ita? Rex masculos tm̃ interfici iubet infantes, tu & ma sculos & fœmellas vni sententię subijcis. Rex corpa, tu aĩas q̊q́ꝫ morti tradis. Rex infantes a regno terreno, tu a cęlesti quoq́ꝫ submoues / rex causam habuit ita statuendi, vti Iosephus, Co mestor & Sabellicus testant̃, quoniã in fatis esse memorabat regi sacrorꝝ scriba, vt eo tpe nascerer̃ ex hebręis, qui regno eius graui futurus esset exitio, tu vero crudelitatis tuę cõtra infan tes nullam assignas causam. Rex ꝓcauebat ꝑiculũ publicũ, tu schisma paras ecclię. Ille ad quietẽ gentis suę, tu ad tumultũ et dissidiũ inter fratres excitandũ respicis, Ille masculos tm̃ iussit in flumen ꝓijci, tu & fœmellas sacro flumĩe ablutas, proijcis in culpam & libidinẽ: ille pro salute regni fatalem ꝑdere vo luit puerũ. Tu cõtra ius fasq́ꝫ totius religiõis, & baptismo gra tiã, & ꝑuulis ĩnocentiã, paras eripe. Postremo ille alienigenis,

Exo .i.

Iosephꝰ de anti. li.2.ca.6 Anto. sa bel. Ene nea i. li.2

tu fratrib⁹ hanc crudelissime infers impietatẽ, cũ ex baptismo iã sctĩficati, mẽbra sint Chrĩ, & sacratissima tẽpla spũs sancti.

CRVDELIOR HERODE LVTHE.

SED ne longior sim in exẽplis & collatõibus, vnius Herodis crudelitatẽ perpẽdamus. Etenĩ Herodes videns, quoniã illusus esset a Magis, iratus est (vti narrat euãgelista) valde. Et mittẽs, occidit oẽs pueros, qui erant in bethlehẽ & in oĩbus finibus eius, a bimatu & infra, secundũ tẽpus quod exquisierat a magis. Hoc crudelissimũ Herodis factum quis laudet? Tantum abest sane, vt pioꝝ quispiã laudare debeat, quod nec impij gentiles laudauerũt. Refert sane in saturnalib⁹ Macrobius. Cum audisset Augustus, inter pueros, quos in syria Herodes rex Iudeorum, intra bimatũ iussit interfici, filium quoq; eius occisum, ait. Melius est, Herodis porcum esse q̃ filium. Argutũ quidem hoc & elegans dicteriũ, sed pro rei atrocitate parum Cæsare dignũ, cum gladio potius q̃ facetia debuerit tantus Impator tam immane facinus plectere in subdito sibi Rege.

Math.2

Macro. in satur. li.2.c.14

Contra quẽ pio zelo ita inuehit̃ in sermone ad populũ B. Seuerinus. Videns quia illusus esset, dolet impietas se esse illusam, dilatans se crudelitas furit/fremit dolositas se deceptã, & in se fraus reuersa collidit̃. Herodes stridet, cadens ipse in laqueũ quẽ tetendit. Hinc iniquitatẽ, quã consyderat, euaginat. De fide perfidię sumit arma, & terreno quęrit furore, quẽ natum cælitus non credit. Ad sinus matrum, militũ cogit castra: inter vbera arcem pietatis oppugnat. In teneris vberibus ferrum durat, lac fudit anteq̃ sanguinem, dat ante mortem sentire quam vitam, tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic agit minister mali, magister doli, irę artifex, inuentor sceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentię, hostis naturę, suis peior, pessimus sibi. Quem christus, nõ vt euaderet, sed ne videretur, aufugit. In altum tendens, cadit ab alto. Cęlum pulsans, intrat ꝓfundũ. In se vadit, cum vadit

In homelia de innocẽtib⁹

in deum. Se occidit, qui vitã conatur occidere: quia capere nõ potest pditionẽ salus, occisionẽ vita, ęternitas finẽ. O ambitio ꝙ̃ ceca semp. O ꝙ̃ p̃sumptio pessima. O ꝙ̃ pdit cõcessa q in cõcessa captat. Herodes obsidẽs terrenũ regnũ, impugnat cęleste, Terrenis inhians, irruit in diuina, ipsamq̃ pietatẽ insectatur. Audierat natum regẽ, destinatus ad scelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen. Causas innocẽtię non requirit, ius abnegat, cõfundit fasq̃ nefasq̃. Cui nequicia est sodalis, cui odiosa est ęquitas, iniquitas est semp amica. Qui cędibus viuit, qui se munit sanguine, qui crudelitatibꝰ sęuit. Cui de timore stat totũ, de amore nihil cõstat. Herodes tunc cęcus, sic christũ gladijs quęrit, inuestigat cruore, crudelitate rimat̃: successorem timens, incessit in auctorẽ. Premit innocentes, volẽs innocentiam deperire. Innocentis causam facit innocentiũ crimẽ. Munus nati, natoꝶ vertit in pœnã. Auctoris ortũ, oriẽtium mandat occasum. Negotium saluantis/saluandorũ iubet esse discrimen. Quorũ lingua tacuit, oculi nihil viderunt, nil audierunt aures, manus nil fecerunt. Et quibus actus nullus, vnde culpę sumpserunt mortẽ, qui viuere nescierunt? Quibus apud Herodem solum quod non sunt, hoc fuit crimen. Hęc Seuerinus tam pię ꝙ̃ diserte.

Vide tamen Luthere ne tu nocentior videaris & Herode: Sæuijt ille cruore, tu atramento. Ille in corpus, tu & in animam innocentũ. Ille in masculos, tu & in fœmellas. Ille in vnius loci paruulos, tu in vniuersos totius orbis. Ille solum paruuli, diuinitus nobis dati, coętaneos occidit. Tu generaliter in omnes omnium sęculorum paruulos sententiam fers. Ille terris, tu & cęlo eripis infantes. Ille sibi & liberis suis timẽs, natum Iudęoꝶ regẽ pimere voluit. Tu & regni & successoris expers & expes, ex mera malicia sęuis in omnes pueros. Ille illusus a magis, quęsiuit prophetatũ diuinitus puerum, Tu a nemine lacessitus, ad iniuriam Baptismi totiusq̃ religionis nostrę/hoc impio dogmate, vanũ & vmbratile nomẽ quęris in

hoc sęculo. Denique tu hac tua sententia nemini prodes, noces omnibus. Ille vero suo facinore, sibi quidem nocuit maxime innocentibus vero, quamlibet crudeliter occisis, perfuit reuera plurimum. Quod vt facilius credas, ecce tibi ore aureo testē, Episcopum Costantinopolitanum.

GRAVIVS LVTHERI QVAM Herodis Infanticidium.

PREDICATVR (inquit) nouus ab infantibus sermo sanctis laudibus Christi, in gloriam domini, primam vocem aperiunt innocentes, fiunt diserti laude, qui fuerant imperiti sermone. Offerunt domino primitias linguę/nouos oris immolant fructus. Verborū principia libant. Infantia enī quę p ętatem loqui non poterat, glorias dei cū gaudio resonabat. Norunt laudare Christum, qui loqui non norant. Fiunt periti laude, qui fuerunt imperiti sermone. Ostendūt laudibus Christum, suffragijs prędicant Christum, Fiunt interea pueri sine magistro diserti, docti sine doctore, periti sine erudito re. Agnoscūt christū, p̄dicant dn̄m/nō quē psuasio humana docuerat/sed quē diuinitus. innocētibus inspirabat. Cessant em̄ humana, cū diuina tractant̄. Et infra. Erigit̄ itaque infantium ętas in laudē, quę delictorum non nouerat crimē. Dignus a dignis laudat̄: & innocens innocentiū testimonio p̄dicatur. Accipiūt em̄ a Chr̄o & reddunt. Consequunt̄ & referūt. Vno em̄ tp̄e/& qui dederat recipit, & qui accepat reddit. Vno inquā tp̄e, sua christo reddunt̄, dum eius laudes illi ab infantibus referuntur. Et infra. Dicunt namque dn̄o laudes, trucidati ab Herode lactentes. Loquūtur sanguine, quod lingua non possunt. Passione canunt, quod sermone non norunt. Occisi prędicant, quod viui non poterant. Nec nouū quid dicitur, vt innocens sanguis, aut deo referat laudes/aut suas indicet passiones. Cum Abel sanguis clamet ad cœlum, & occisorum animę ab altari vociferentur ad deum. Contulit martyrium

Io. Chryso. ī ser. de Inno.

Sanguine loqui Gen. 4. Apo. 6.

laudem, quibus negauerat natura sermonē. Licuit sanguine clamare/quibus narrare non licebat voce, licuit sanguine loqui, quibus lingua non licuit. Miscent cum dño colloquia, qbus humana negata sunt verba. Et infra. Sed o beata lactentiū glĩa, quibus pro Chr̃o cōtigit dedicare martyria. Expugnāt tpe vnō natiuitatē & mortem, ingressum & exitū, principium & occasum, vt ipsis posset tpe vno (vt dixi) cōtingere, & nascendo ingredi mundū/& dedicare martyrio cęlum. Probat nouos exercitus Christus, rudes milites signat, legiones lactentes victoria perpetrata coronat: fiunt pro Christo victores, qui ætate fuerunt coęquales. Fiunt inquā/ infantes sine certamine fortes, sine pugna victores. Norunt vincere, qui pugnare non norant. Existunt victorię compotes, qui fuerāt ætate imbelles. Merentur pœna martyriū, gloriam sanguine comparant, æternam vitam temporali morte cōmutant. Nec timuit ætas illa mortem, nec horruit. Timere enim non potuit, quæ timere non nouit. Transmittit infantes infans Christus ad cęlum, noua xenia patri, primicias fructuum exhibet genitori. Ostendit futuram fœcundissimam messem/dum in semine tantam exhibet vbertatem. Derisit se, derisit hostilis immanitas, quæ putauit turbare posse consilium dei, gloriam Christi, salutem necessariam mundi. Sed contulit infantibus multis martyrium/dum infantem quęrit occidere Christum. Præstat hostis dum nocet, beneficium tribuit cum occidit. Inuideret enim eorum glorię si amaret. Sed alię sunt terrestres pugnę/alię cęlestes victorię. In pręlio Christi moriendo viuitur, cadendo surgitur, victoria per interitum cōparatur. Hæc multo disertissime Chrysostomus.

In ser. de innocēt.

Libet & Seuerini reproducere testimoniū, qui non solum paruulis/sed & matribus eorum, profuisse plurimum asserit crudelitatem Herodis. Natus rex, inquit, & rex cęlestis/quare neglexit milites innocentię suæ? Coętaneum sibi quare cōtempsit exercitum? Quare cunabulis suis deputatas excubi-

as sic reliquit: vt solum quęsiturus hostis, totum crassaretur in militem? Fratres, Christus non despexit suos milites/sed prouexit: Quibus ante dedit triumphare q̃ viuere, quos fecit capere sine concertatione victoriam. Quos donauit coronis anteq̃ membris. Quos voluit virtutibus vicia pręuenire, ante cęlum possidere q̃ terram. Pręmisit ergo Christus milites suos, non amisit. Recepit suas acies/non reliquit. Beati, quos natos martyrio videmus esse, non sæculo. Beati, qui labores in requiem/in refrigerium dolores, mœrores in gaudium commutarunt. Viuunt, viuunt, quia vere viuunt/qui pro Christo merentur occidi. Beati ventres, qui portauerunt tales. Beata vbera, quæ se talibus infuderunt. Beatę lachrymę/quæ pro talibus fusæ, fletibus gratiam baptismatis contulerunt. Nam̃ diuerso modo/dono vno, in lachrymis suis matres, in suo sanguine filij baptizantur. In martyrio filiorum matres passę sunt. Nam gladius, filiorum pertransiens membra/ad matrum corda deuenit. Et ideo necesse est, vt sint pręmijs consortes, quæ fuerunt sociæ passionis. Arridebat paruulus occisori, gladio aduocabatur infantulus/nutricis loco attendebat lactens percussoris horrorem. Nescia ætas lucis, moritura gaudebat. Infans filius/ omnem hominem non hostem respicit sed parentem. Matres tulerunt, quicquid languoris extitit & doloris. Et ideo non carebunt martyrum gaudio/martyrij lachrymas quæ fuderunt.

Quod si ore duorũ testium, & quidẽ sanctissimorũ simul & disertissimorũ, non satis te conuictum existimas. Ecce tibi & tertiũ testem/illis sanctitate quidem parem, ingenio & eruditione & superiorem. B. Augustinum, a quo tibi agnomen male vsurpas. Vt sic in ore duorũ vel triũ testiũ stet oẽ verbũ. Mat. 18
Ecce inqt, pphanus hostis nunq̃ beatis puulis tantũ pdesse potuisset obsequio, quantũ pfuit odio. Nam quantũ in beatos paruulos iniqtas abundauit, tantũ in eis gratia bñdictionis effudit. Beata es o Bethlehem terra Iuda, quę Herodis regis Aug. in ser. de innocẽti.

īmanitatē, in pueroꝝ extinctione perpessa es. Quę sub vno tēpore candidatā plebem imbellis infantię deo offerre meruisti. Digne tn̄ natalem illoꝝ colimus, quos beatius æternę vitę mundus ędidit, q̄ꝫ quos maternoꝝ viscerū partus effudit. Siquidē ante vitę perpetuę adepti sunt dignitatē, q̄ꝫ vsuram p̄sentis accepint. Alioꝝ quidē pręciosa mors martyrū, laudē in confessione ꝓmeruit: horū in consumatōe cōplacuit. Quia incipientis vitę primordijs ipse eis occasus initiū glorię dedit, qui p̄ntis terminū imposuit. Quos Herodis impietas, lactentes matrū vberibus abstraxit. Qui iure dicunt̄ martyrū flores q̊s in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes ecc̄lię gēmas, quędā persecutōis pruina decoxit. Et ideo dignū est, interfectis pro Christo infantibus, honores impendere. Cerimonias, non dolores. Sacramētis dare vota, non lachrymis: quia ipse illis fuit causa poenę/qui extitit & coronę. Ipse odium causę/qui premium.

Ite nunc noui Hussitę/& hunc vestrū nouum Hęresiarchā laudibus efferte mendatissimis in cœlum, credite eum vobis de cœlo lapsum, sancto sp̄ū eius obumbrate imaginē. Euangelicū virum p̄dicate, diuinū hoīem dicite, spargite flores, date lilia, ponite statuas illi vestro duci. Quē ego iam aptissime conuici immanissimis quibusq̧ parricidis & infanticidis crudeliorē, immo & feris vel rapidissimis rapacissimisq̧ īmitiorem. Qui non solum inter vbera lactantia, sed & inter sacra sanctę matris Ecc̄lię lauacra, pietatis arcem oppugnat/sceleratí dogmatis assertor, diabolicę fraudis minister, nouę impietatis auctor, antiquæ pietatis prædo/libidinis pręco, peccati manceps, inimicus innocētię/hostis naturæ, infantię parricida, oppugnator gratiæ, ac sacramētoꝝ oīm temerator. Nolo hic scelerū eius referre Catalogū, circa vnum consisto articulū sed ne hunc quidem exacte satis pro rei atrocitate persequar. Quis enī vno libello sufficiētēr ac digne tantam in paruulos impietatem edisserat? Sed ne magis inuectiuis q̄ꝫ scripturis

Qualis Luther?

&rōibus sanctā paruulorꝫ innocentiā contra impurū & incircūcisum hunc apostatā, defendere videar, En accingo me gladio spūs, quod est verbum dei, quo ita iugulabo. Deo bene iuuante, hunc Philistęum, vt nemo sanę & pię mentis homo, de hac eius impietate dubitare queat. Ephe. 6.

Ecce ais Luthere, In puero post baptismū negare remanēs esse pctm̄, est Paulū & Christū simul cōculcare. Sed nō ostendis vł vnā sillabā Pauli aut chrī, quæ tuę astipuletᷣ impietati, vbi em̄ dicit Paulus, vbi Christus, remanere peccatū in puero post baptismū? Ostende nobis istud vir Euāgelice, Intēde hic oēs Paulinę tuę theologię neruos, excute oēs euāgeliorꝫ sinus vnū saltem verbū pro hoc tuo affer infanticidio. Si nō potes, ausculta parūper mihi pro innocētia ꝑuulorꝫ depugnāti. Sed elige, vtrū secundū ordinē tuū prius Pauli ꝙ christi arma assumā. Apud me quidē longe priora sunt arma Christi ꝙ Pauli, sed forte non grauis est error huiusmodi ordinis, dum modo arma ipsa recte se habeant.

EX EVANGELIO MATHEI.

PRIMVM igitᷣ, In euāgelio Mathęi/cum discipuli rogarētᷣ, quisnā maior esset in regno cęlorꝫ. Aduocans Iesus ꝑuulū, statuit eum in medio eorꝫ, & dixit. Amē dico vobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut ꝑuuli, non intrabitis in regnū cęlorꝫ. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut ꝑuulus iste, hic est maior in regno cęlorꝫ. Et qui susceꝑit vnū paruulū talē in noīe meo, me suscipit. Qui aūt scandalizauerit vnū de pusillis istis q in me credunt, expedit ei, vt suspendatᷣ mola asinaria in collo eius/& demergatᷣ in profundū maris. Et paulo post. Videte, ne contēnatis vnū ex his pusillis. Dico em̄ vobis, qa angeli eorꝫ in cęlis semꝑ vident faciē patris mei, qui in cęlis est. Venit em̄ filius hoīs saluare quod perierat. Et paulo inferius. Sic nō est volūtas an̄ patrē vestrū qui in cęlis est, vt pereat vnus de pusillis istis: hæc ibi Christus. Et infra, in sequēti capite ita scribit Mat. 18. Mat. 19.

euãgelista. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli aũt increpabãt eos. Iesus vero ait eis. Sinite puulos & nolite eos ꝓhibere ad me venire, Taliũ est em̃ regnũ cęlorum. Et cum imposuisset eis manus, abijt inde.

Quanta dignitas puerorũ

Ecce Luthere testem & patronũ paruuloꝝ, om̃i exceptione maiorẽ, qui contra hoc tuũ infanticidiũ, tot salutaria nobis ministrat, vel vno in loco, Antidota veritatis. Vide obsecro/ in q̃nta dignatõe habeant apud christũ paruuli. Quis em̃ inter hoĩes vel maior vel dignior videat apl'is? Et tñ eis cõtendentibus de maioritate. Iesus paruulũ statuit in medio eorũ, velut arbitrũ humilitatis, posuitq; exemplũ imitatõis, & quidem necessariũ ad ingressum regni cęlorũ. Deinde, custodes & pędagogi puerorũ sunt angeli, qui sp̱ vidẽt faciẽ patris cęlesti qui tales ad puulos delegat nũcios & ꝓpugnatores, oĩ inq̃ rege & sacerdote in terris, q̃libet sctõ & pio maiores. Credis hoc luthere? Si mihi nõ credis, crede chr̃o, qui sic loquutus est ad turbas de Iohãne baptista. Quid existis videre, ꝓphetã? Etiã dico vobis et plus q̃ ꝓphetã. Hic est em̃ de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, qui p̄parabit viam tuã ante te. Amẽ dico vobis, nõ surrexit inter natos mulierũ maior Iohãne baptista. Qui aũt minor est in regno cęlorũ, maior est illo. En q̃nta dignitas puulorũ apud dñm. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Iohãne, Hic tñ minor erat in terris minimo in regno cęlorũ. At quicũq; humiliauerit se (inq̄t hic Iesus) sicut puulus iste: hic est maior in regno cęlorũ. O beata innocẽtia puulorũ, quę & apl'is/ q̃libet magnis & sanctis ꝓponit a dño in exẽplum imitãdi, vt eorũ innixi vestigijs, in simplicitate scz & humilitate, maiores fiant in regno cęlorum.

Math. ii

Malac. 3

Conculcat chr̃m lutherus

Quis igitur christianoꝝ te ferat, Herodes impijssime, qui ferali isto dogmate tuo tam immaniter Christũ conculcas simul cum oĩbus paruulis? An vero id neges? At si cõferas ad verba christi sacrilegã doctrinã tuam, nequaq̃ poteris negare Christus em̃ dicit, & quidẽ primatibus Ecclesię/ beatis apl'is,

Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut puuli/non intrabitis in regnũ cęlorũ, tu vero Cerbera ĩmanitate dicis. Nisi puuli, q̃libet baptizati remanẽs peccatũ expurgauerit, remorabunt ab ingressu cęli, christus dicit. Qui se humiliauerit sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorũ. Tu vero dicis. Qui in puulo isto p⁹ baptismũ remanẽs esse pctm̃ negauerit, hic chr̃m cõculcat & apl̃m, christus dicit. Qui susceperit vnũ puulũ talẽ in noĩe meo, me suscipit, tu vero dicis, qui puulũ aliquẽ, q̃libet rite baptizatũ susceperit, cũ remanẽte suscipit pctõ, vere actuali, cũ culpa, cũ reatu, cũ libidĩe, cũ reliquis q̃; passionib⁹. O infanticida crudelissime, quõ cũ tali pctõ suscipit christus? Quõ fit maior in regno cęlorũ/qui efficit sicut puulus? Quõ taliũ est regnũ cęlorũ. O virosa soboles viperarũ, quis ostendet tibi fugere a vẽtura ira, si nõ feceris fructus dignos pœnitẽtię Tu puulis ex baptismo decedẽtibus/claudis cęlũ, addicis eos pctõ, reatui, culpę, libidĩ, tradisq̃; ꝓinde diabolo ac ꝓhibes venire ad chr̃m, q̃d miser de his rñdebis in die nouissimo? quid putas tibi Iudicẽ tunc esse dicturũ? Quõ sustinebis irã vultus eius? O infoelix, q̃ graue tũc audies sup̃ hac impietate tua (vt de alijs interĩ taceã innumeris tuis errorib⁹) Iudicis sup̃mi sententiã, qñ aduersus te stabũt in cõspectu agni ĩmaculati, corã tribunali, candidati exercitus puulorũ sil' cũ legionibus angelorũ, qui ad cunabulorũ excubias fuerãt delegati, & clamabũt voce magna dicẽtes. Vsq; quo dñe sanct⁹ & verus nõ iudicas, & nõ vindicas sanguinẽ nostrũ innocentẽ de hoc infanticida qui nobis gratiã negauit baptismi, qui nobis falso pctm̃ culpam & libidinẽ attribuit post baptismũ, qui purgatũ & expiatum per baptisma sanguinẽ nostrũ (quẽ omnis ecclesia innocentẽ dicit) peccato actuali impie dixit esse obnoxium/libidinisq̃; sordibus infectum, Qui nos prohibuit venire ad te. Qui deniq; remorari nos voluit ab ingressu cęli. Idq; totum fecit sine causa, nulla vnq̃; a nobis neq; a parentibus nostris affectus iniuria, nullo instigatus timore/sed ex mera ma

Luc. 3.

Apoc. 6
Accusãt luthe. a puulis.

licia ei sic contra vniuersam ecclesiam dei libuit insanire.

Nouissimũ iudicium. O terq; q̄terq; miserrime, quã tunc afferes assertionē? quã babylonē? Quã execrationē bullę? quã visionē Danielis? qui te tũ defendent Poetę? qui Oratores? qui Aduocati, scribę & Senatores? Qui pro te stabũt ibi nobiles? qui Comites? Qui Principes? Nolo hic oĩm scelerũ tuoꝝ cogitare iudiciũ, quis eñ nõ exhorreat vl' solo cogitatu, qñ turmatim cõtra te stabũt oẽs Martyres, Pontifices, Virgines, Monachi, & generaliter oẽs sancti, quibus tu om̄e meritũ trahis in peccatũ, tollis liberum arbitriũ, negas gratiã sacramentoꝝ/confundis ordinē, damnas religionē, breuiter, om̄i afficis iniuriarũ genere, quo igit̃ tunc ore stabis añ terribilissimũ illud tribunal? qua spe? qua excusatione? Ibi certe apparebit iudex horribiliter (vt in

In resolu ꝓpo. ij. primis scripsisti resolutõibus tuis) iratus, & cum eo p̃iter vniuersa creatura. Tum nulla fuga, nulla erit cõsolatio, nec intus nec foris, sed oĩm accusatio/tunc plorabis hunc versum. Pro‑

p̄s. 30. iectus sum a facie oculoꝝ tuorum, nec audebis dicere. Dñe ne

p̄s. 6. & 37. in furore tuo arguas me. O Luthere memẽto hęc nouissima, vt resipiscas & agas pœnitentiã. Sed ne frustra h⁹ iudicij mẽtionē videar fecisse, tanq; longius a ꝓposito digressus, dicta bo tibi p̃ticularē interĩ ex hoc euãgelista sentẽtiã, sup̱ causa p̃

Sententia chr̄i in luth; Certe si nõ resipiscis, ita poterit pro p̱uulis ꝓferre (uuloꝝ christus, Iusta oĩno est petitio & accusatio vestra o p̱uuli, qui meo estis abluti sanguĩe in baptismo, innocẽtes in vita: immaculati in via, ĩmunes ab oĩ peccato. Tu vero luthere, vir impie quo ausu hanc nefariã disseminasti hęresim per oẽm ꝓpe orbem christianũ? Nunq̇d sp̄us sc̄tũs hoc te docuit parricidiũ? An nõ est & cõtra naturã hoc sceleratũ tuũ dogma? Quis gentiliũ, quis Philosophoꝝ, quis Iudęoꝝ, qui Pharao, qui Herodes hunc tuũ asserit articulũ? Ecce scandalizas hac impietate tua/non mõ vnũ de pusillis istis, sed oẽs oĩno oĩm sęculoꝝ & nationũ p̱uulos, seducis adultos, derogas baptismo, cõturbas Ecclesiã, pacē vulneras, schisma instauras. Expedit igit̃,

vt suspendatur mola asinaria in collo tuo, & demergaris in profundũ maris. Quia cõtra Euãgelicũ edictũ meum (quod tñ minime ignoras) contẽnis puulos, contẽnis pontificẽ/contẽnis Ecclesiã, & pctĩs facis obnoxios innocẽtes, nec sinis paruulos venire ad me, cum taliũ sit regnũ cęlorꝝ. Quare iustissime te, Anathemate pcussum, pontifex dãnauit Ro. meus in vniuersali ecclĩa vicarius, cuius ego sententiã cõfirmãs ratãꝗ hñs, te inter fetidissimos hęreticorꝝ Hędos, ppetuo maledicto, in ignẽ ire iubeo, si nõ resipueris in vita ista mortali, æternũ.

EX EVANGELIO MARCI.

SI NON esses oĩno euersus luthere hęretica puersitate, videres vtiꝗ in allegato Euãgelij loco, ꝙ nõ nos, sed tu Christũ sil' & innocẽtes pueros cõculcas. Quanꝗ tu pro articuli tui assertiõe, ne vnã quidẽ literulã ex oĩbus euãgelijs adduxisti contra baptizatos pueros. Et tñ pro eis ex oĩbus euãgelistis haud difficulter, per gratiã dei, aptissima verba Christi producã, vt agnoscas tandẽ tuã impietatẽ, reuertarisꝗ a via tua pessima ad ecclesiã & viuas. Ecce sic habet B. Marcus. Et accipiens Iesus puerũ, statuit eum in medio eorꝝ, quẽ cum cõplexus esset, ait illis. Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris receperit in noĩe meo, me recipit. Et quicũꝗ me susceperit, non me suscepit/sed eum qui me misit. Subnectit & alia de pueris euãgelista iste, quę iam sup̃ sunt dicta ex Mattheo. Primo hic notandũ est, quẽ Mattheus puulũ dixit, Marcus puerũ scribit, vt cesset oĩs cauillatio, si forte tergiuersandi gratia, aliter de paruulo/aliter de puero diceres esse loquendũ. Quã ego tergiuersationẽ iam pridẽ p̃ueni, circa libelli hꝰ principiũ. Deinde cõsyderandũ est, q̃d Marcus dicit Iesum fuisse cõplexũ puerũ, quod nõ dixerat Mathęus. Vide igit' Luthere, q̃nta dignatione, psequutus paruulos sit dñs. En disceptãtibus de principatu Apostolis, pponit eis paruulũ, vt imitent' eius humilitatẽ simplicitatẽꝗ genuinã. Nesciũt eñ alte sapere puuli, ne

Mar. 9.

Huĩlitas & simplicitas paruulorũ.

sciūt aī duplicitatē, nesciunt mētiri, nesciunt aliud in corde, aliud in ore sentire, non simulant & dissimulāt, nō occultant iram, non diuturnū gerunt odiū/non insidiose quęrunt vindictam, nō sunt ambiciosi, non auari, nō luxuriosi, nō ebrij, non tristes de p̄terito, non anxij de futuro, p̄ntibus contenti,
Math. 6 naturā sequunt̄ innocētissime viuendo/secundū Euangelicā christi doctrinā, ne solliciti sint aīę suæ quid manducēt: neq; corpori suo quid induant̄. Et sicut volatilia cęli, non serunt neq; metunt neq; congregāt in horrea, & tamen pater cęlestis pascit eos. Hanc sanctissimā paruuloꝝ innocentiā cōplexus est nimirū dn̄s in puero illo, & forte nondū baptizato. Quis igit̄ tuam ferat impietatē, qua ne baptizatū quidē puerum asseris esse innocentē, Si vel non baptizatis delectatus est paruulis christus, vt eos cōplectaret̄, & manus eis imponeret atq; oraret: Quanto magis delectat̄ baptizatis, & ab oī peccatoꝝ sorde per lauacrum regeneratōis ablutis & expiatis?

Quō tu igit̄ recipis Christū, qui non recipis in noīe eius baptizatorū innocentiā paruulorū? Certe, nisi corrigas errorem/neq; Christū neq; patrē eius vnq; recipies, quia non recipis pueros, mēbra christi & tēpla dei per baptisma factos. Et
Mat. 25. iuxta priorē ex Mathęo sententiā stabis a sinistris inter hędos Atq; secundū hunc euangelistā ibis in gehennā, in ignē extin
Mar. 9. guibilē, vbi vermis non morit̄ & ignis (o quocies id repetit Iesus, vt magis ac magis nos admoneat) non extinguit̄. O luthere memento istorum, vt resipiscas in hac vita.

Mar. 10. Sed & in sequenti capite Marcus christi erga paruulos bn̄uolentiā explicat dicēs. Et offerebāt illi paruulos, vt tangeret illos: discipuli aūt cōminabant̄ offerentibus. Quos cum videret Iesus, indigne tulit & ait illis. Sinite p̄uulos venire ad me & ne p̄hibueritis eos. Taliū est em̄ regnū dei. Amen dico vobis. Quisquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et cōplexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Si hodie conuersaretur in terris apud

nos Christus, nunquid ęquo aĩo laturus esset de te, quod indigne tulit de apostolis? Si talium est regnum dei, quō remanet in eis peccatū? quō reatus? quomō libido? Ecce quisquis non recipit regnum dei, velut paruulus, non intrabit in illud Quō aūt recipit, si habet in se peccatū & libidinē? At ait alibi christus. Regnum dei intra vos est. Quō vero in eis erat culpa & vere actuale peccatū atq; libido, quos iterum complexatus est dominus, imponēsq; eis manus: benedixit eos? Sed absit, vt Christus amplexetur peccatum & libidinem. Amplexatus est autem innocentiā & synceritatem paruulorum. Luc. 17.

Quid tibi rescripturū ad hunc articulū putas, si uiueret B. Cyprianus? Audi q̄so, quid is cū .lxvi. collegis rescripserit ex concilio ad fidum epm, qui non aĩę (vt tu facis) sed pedū solūmodo ĩmundiciē in paruulis recēs natis abhorrebat. Quod vestigiū (inqunt sctĩ patres in cōcilio) infantis, in primis partus sui diebus cōstituti, mundū non esse dixisti, quod vnus quisq; nrm adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cęlestē gloriā dandā, impedimēto esse oportere. Scriptū est eñ. Oĩa sunt munda mundis. Nec aliqs nostrū id debet horrere, quod deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu nouus est, non ita est tamē, vt quisquā illum in gratia danda atq; in pace facienda horrere debeat osculari: Quando in osculo infantis/vnusquisq; nostrum pro sua religione, ipsas adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato, quodāmodo exosculamur/qñ id quod deus fecit amplectimur. Cyp. in epl̄is li. 3 epl̄a .8. Ad Tit. i

EX EVANGELIO LVCAE.

VENIO nunc ad tercium Euangelistam, qui & ipsius Domini describit infantiam. Sed ne causeris eum tibi opponi puerum, de quo loquutus non sis in articulo, omisso puero Iesu, paruulum tibi obijcio Iohannem Baptistam. De quo sic annunciauit patri eius Zachariæ Angelus domini, Luc. i. De puero Iohē. Bapti.

ſtans a dextris altaris incenſi. Ne timeas zacharia, quoniam exaudita eſt depcatio tua. Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannẽ. Et erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit eñ magnus corã dño, & vinũ & ſicerũ non bibet/ & ſpũ ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuę, & multos filiorꝫ cõuertet ad dñm deum ipſorũ. Et ipſe pcedet ante illum in ſpũ et virtute Helię, vt cõuertat corda patrũ in filios/ & incredulos ad prudentiã iuſtorꝫ, parare dño plebem pfectã. Hęc angelus. Mater vero eius ita dixit ad matrẽ dñi. Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce eñ vt facta eſt vox ſalutatõis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et vicini poſuerũt eiuſmodi verba/ quę audierãt in corde ſuo dicẽtes. Quiſputas puer iſte erit? etenĩ manus dñi erat cum illo; Et zacharias pater eius repletus eſt ſpũ ſancto, & ꝓphetauit de illo dicens. Et tu puer, ꝓpheta altiſſimi vocaberis/ pibis .n; ante faciẽ dñi parare vias eius, ad dandã ſcientiã ſalutis plebi eius/ in remiſſionẽ peccatorꝫ eorum. Et euãgeliſta tandẽ ita cõcludit. Puer aũt creſcebat & cõfortabatꝰ ſpũ, & erat in deſertis, vſqꝫ in diẽ oſtenſionis ſuę ad Iſrael. Hactenus B. Lucas.

Vt breuis ſim Luthere, omitto hic aliorꝫ cõmentarios, ac nudũ ꝓpono textũ/ quid putas igiꝰ de puero Iohãne? Quanta ſint de eius virtute, non peccato teſtimonia, Angeli, Matris vicinorũ, patris & euãgeliſtę, iam vidimus. Quale aũt ipſius Chriſti de eo ſit teſtimoniũ, paulo ſupius vidimus in Mattheo. Et tñ hic tantus puer, cui tanta ab oĩbus aſcribiꝰ virtus cõceptus eſt in originali pctõ, a quo quidẽ peccato expurgantur & expianꝰ per baptiſmũ oẽs paruuli noſtri. Qua tu igitur fronte noſtris puulis poſt baptiſmũ attribuis pctm̃ vere actuale/ verã culpam & reatũ, libidinẽ item & alias paſſiones, quę nemo attribuit puero Iohãni, licet nõ baptizato? Nunqd efficatior eſt baptiſmate Circũciſio? At dixeris, eum ſanctificatũ eſſe in vtero matris, quid tũ poſtea? Nõne & noſtri puuli per

Math. ii

baptisma sunt sanctificati? Nōne baptizati sunt in aqua & Mat.3.
spū sancto? nōne & in christo? nōne & in remissionē pctōꝝ?
Dic tu quid velis, Ita certe dicit apl's. Abluti estis, sanctifica-
ti estis, iustificati estis, in noīe dñi nostri Iesu christi, & in spū Ro. 6.
dei nostri. Si ergo Iohāni puero non licet ascribere post sancti i. Cor. 6
ficationē circūcisionēq; vllum prope dictum pctm̄, culpam,
reatum & libidinem, Certe nec nostris paruulis, in spū sancto
baptizatis & sanctificatis ascribere licet.

Quō aūt Iohāni tribuas peccatū & libidinē, qui iussu dei
per Angelū dictus est Iohēs, Id est gratia dei? Nunquid puer
libidini & actuali peccato obnoxius, gaudiū est & exultatio
patri? Quō talis esset magnꝰ corā dño? quō repleret spū sctō?
Quid spūi sancto cū peccato & libidine? quid christo cū Be-
lial? Quō libidinosus puer cōuerteret multos filioꝝ ad dñm
Quō pcederet in spū & virtute Helię? quō pararet dño plebē
perfectā? Nunqd pre libidine aut ex peccato vere actuali exul
tauit in gaudio infans adhuc in vtero matris? Nunquid de
puero libidinoso admirati sunt vicini dicētes, Quis putas pu
er iste erit? Nunquid cū tali esset manus dñi? nūquid recte di
ceretur, ppheta altissimi? An nondū vides, quanta ex vno hoc
textu aduersus tuam impietatem proferantur testimonia?

Quanto religiosius loquit/ꝙ tu Augustiniane, B. Augu Aug. in
stinus in sermone de huius Iohīs natiuitate dicēs. Iohānes iste hom. de
tanta excellens gratia, vt dñm & ex vtero salutaret: nondū lo- nat. Ioh.
quendo/sed exultando: Cuius gratia in deum iam tunc erat
aperta, quando eius caro in carne erat exclusa.

Item B. Maximus. Hic nasciturū, inquit, dñm pphetalis Maxius
spūs illuminatōe pūidit, & natū priuilegio gratię singularis in ser. de
ostendit. In tantū aūt specialis in eo pfulsit electio/vt añ me- na. Io.
reret annūciare dñm, ꝙ nascendi initiū vel linguā, quę nun-
ciare posset, acciperet. Quid est hoc miraculi fratres? quę tan
torū nouitas gaudiorū? vt habere se in vtero Elisabet testaret
infantē, qui necdū semet ipsum sentiens, dñicum iam sentiret

aduentũ? Vere hic oĩm beatissimus ꝑuuloꝝ, qui inter viscera adhuc materna cõclusus, adesse saluatorẽ mundi, quia necdũ sermone poterat, ꝓphetico gaudio reuelauit. Illud & q̃ stupendum, quãq̃ magnificum, ꝙ Zacharias sacerdos, pater futurus prophetę: quia hoc ipsum quod gerebatur/angelo loquẽte non credidit/vsum loquendi amisit, donec ꝓmissione completa, natus noui hominis pręco, paternę linguę vincula relaxaret. Os eñ quod angelus clauserat: promissus ab angelo filius reserauit. Quid hac fratres religione gloriosius? quid hac insignius fide? In qua sterilis concipit, virgo parturit, mutus loquitur, & in secreto maternorum viscerum paruuli, totius mundi gaudia futura pręludunt.

Item B. Ambrosius. Cum zacharias, inquit, pater eius, B. amb. in ser. de nat. Ioh propter incredulitatẽ natiuitatis illius, ab angelo Gabriele/silentij esset taciturnitate mulctatus/& diu mutus verboꝝ dispendio mentis secreta velaret: subito nato Iohanne filio, cum apud proximos esset intentio: quo nomine vocaretur, offeruntur patri tabulę/vt vocabulũ eius pro sui arbitrio ipse describeret. Et quod sermone non poterat, literis loqueretur. Tunc mirũ immodũ, acceptis pugillaribus vt stilum figeret, linguã resoluit, ac literas sermone pręuenit, & Iohannẽ non testatus est/sed loquutus. Videte igitur sancti Baptistę meritum; vocem patri reddidit, sacerdoti eloquentiã reparauit. Videte inq̃ meritum. Os quod angelus alligauerat, Iohannes absoluit. quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit. Quanq̃ et ipse Malac. 3 sit angelus/sicut scriptum est. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam. Respicite igitur Iohannẽ, quanta vis sit eius vocabuli, Cuius nũcupatio reddidit muto vocem, patri pietatẽ, populo sacerdotem. Prius eñ erat tacens lingua, sterilis filio, priuatus officio. At vbi Iohannes nascitur/fit repente pater propheta & pontifex, loquela vsum recipit/prolem affectio suscipit, sacerdotem functio recognoscit. Vbi nunc manent Luthere, qui furiosam tuam maledicentiam, inania blacte-

ramenta ac dogmata longe impijssima, prẹferunt non modo Decretalibus pontificum, Conciliorumq; decretis, verum & dictis sanctorum Patrum, disertissimisq; Ecclesię doctoribus? O furor. O vanitas: ineptissimaq; Philautia.

Sed redeamus ad Lucam. Etenim eandẽ, quã & supra ex Matthęo & Marco retulimus, scribit Lucas q̊z Christi ad pueros beneuolentiã dicens. Intrauit aũt cogitatio in discipulos quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitatões cordis illorum/apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis. Quicunq; susceperit puerũ istum in noĩe meo, me recipit Et quicũq; me receperit/recepit eum qui me misit. Nam qui minor est inter oẽs vos, hic maior est. Hoc loco (inqt B. Ambrosius) dñs simplicitatẽ sine arrogantia docet/charitatẽ sine inuidia, deuotionem sine iracundia debere esse. Nam & pueri mens, prouectioris affectu recipienda suadetur. Quia dũ puer/nihil sibi vendicat: formam virtutis exequitur, etsi rationem nescit, culpam ignorat. Tamen, quia plęrisq; non virtus/sed infirmitas, videtur sine ratione simplicitas: vt tu verã suscipias, admoneris. Id est, vt exequaris industria munus naturę. Hæc ad literam Ambrosius. Luc. 9. Am. sup luc. li. 7.

Quid ad ista dicis Luthere? Ecce de maioritate cogitantibus Apostolis, Iesus apprehendit puerũ. At qualem quęso? Non sane penitus infantẽ, & a partu recentẽ, hunc fuisse existimauerĩ/sed trimũ forte aut quadrimũ, quõ Iesus, casu currentẽ (vt assolent) in via apphenderit, statueritq; parũper secus se, balbutientẽ iã & nõnihil sensu ꝑcipientẽ, nec tñ baptizatũ Non eñ tũ pueri solebãt baptizari, sed adulti, cõfitentes (vt ait Math.) pctã sua. Et tñ de isto ait christus, quicũq; susceperit puerũ istũ in noĩe meo me recipit, quõ ãt recipit chr̄m cũ pctõ actuali & libidĩe? At si puer iste sine pctõ fuit (nẽpe per circũcisionẽ a peccato originali expiatus) & libidine. Quanto magis non remanet post baptismũ in paruulis recens natis vlla originalis culpa, quam expurgat baptismus; nec vlla libido Math. 3.

alia ve passio, quã ea ętas minime sentit? An nõ igit̃ cõculcas Christũ, qñ sub peccato & libidine per impiũ istud dogma tuũ, porcaliter conculcas paruulos in Christo baptizatos?

Atq; vt fortius tibi Christi erga pueros (quos tu crudeliter
Luc.18. isto tuo perseqũris infanticidio) bñuolentia placitũq; inculcet.
Mat.19. Lucas q̃z post Matthęũ & Marcũ ita refert. Afferebãt aũt ad
Mar.10. eum et infantes, vt eos tangeret. Quod cũ viderẽt discipuli, increpabant illos. Iesus aũt conuocãs illos dixit. Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos / taliũ est eñ regnũ dei. Amẽ dico vobis. Quicũq; non accepit regnũ dei sicut puer, nõ intrabit in illud. Vides nunc Luthere, quoties cõculcaueris hoc porcali tuo articulo Christũ p̃uulosq; in christo baptizatos? Cur non sinis p̃uulos venire ad Christũ, cum taliũ sit regnũ dei? Nunq̃d peccati & libidinis est regnũ dei? O Euangelicũ virum, qui toties conculcat christũ in p̃uulis, a quibus & discipulos humilitatẽ discere, & ipse p̃cipue laudari voluit christus. Nam iuxta Euangelicã historiã, In die palmarũ, viden-
Mat.21. tes principes sacerdotũ & scribę mirabilia quę fecit, & pueros clamantes in tẽplo: & dicentes. Osanna filio Dauid, indignati sunt & dixerũt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus aũt dixit eis
Ps.8. vtiq;. Nunq̃ legistis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ p̃fecisti
Eccli.15. laudẽ? At non est speciosa laus in ore (vt ait Sapiẽs) pc̃tõris. Si igit̃ peccatores & libidinosi (vt tu impie asseris) sunt pueri & baptizati, quomodo laus ex ore eorum perficitur?

EX EVANGELIO IOHANNIS.

VENIO tandẽ (vt breuis fiam) ad vltimũ Euãgelistã, qui nouissime scripsit euangeliũ, Et quanq̃ superiores de pueris historias omisit, aliã tñ, quę & apud alios habet̃, explicatius enarrat, dicẽs. Est
Iohã.6. puer vnus hic / qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces, Sed hęc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat eñ fœnũ multum in loco. Discubuerũt ergo viri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus

panes, & cum gratias egisset/distribuit discũbentibus. Simili ter ex piscibus quantũ volebãt. Hoc quidẽ Christi miraculũ oẽs celebrãt euãgelistę. Solus tñ Iohãnes explicat, illos panes & pisces cuiusdã fuisse pueri. Mattheus vero innuit multos in ea turba pueros fuisse. Ait enim. Manducantiũ autẽ fuit nu merus, quinq; milia viroꝝ/exceptis mulieribus & puulis.

Mat. 14 Marc. 6 Luc. 9. Ioh. 6.

Qua tu igiť impietate puulos baptizatos peccato subijcis & libidini, cum Christus & non baptizatos tantis dignatus est honoribus. Quippe quos Apľis q̃ȝ statuit exẽplum humi litatis, q̃s regnũ dei recipere asseruit, quoꝝ regnum ait esse cę lorum, quos ad se venire voluit, quos cõplexatus est sibi ob= latos, quibus manus sacratissimas imposuit, quos bñdixit, pro quibus orauit, In quibus se q̃ȝ & patrẽ suum recipi testa tus est, quoꝝ comitatu delectatus est plurimũ, quoꝝ laudes & clamores gratissime cõmendauit, quos deniq; hoc celeberri mo saturauit siľ cum reliqua turba miraculo. Et quod specio sius est, miraculũ illud ex pueri panibus piscibusq; potissimũ fieri curauit. I nunc vir euãgelicę, & porcaliter per pc̃m & li= bidinẽ cõculca puulos, & in Christo baptizatos. Cum vide as Christũ eos nusquã conculcasse/sed & non baptizatos se= cundum naturalem innocentiam habuisse gratissimos.

Quanta pueris tribuit christus

IN BAPTISMO TOTVM Hominem ablui.

ATQVE vt adhuc aptius videaris, ex hoc Euãge lista, cõculcare Christũ in puulis baptizatis, Ecce ait christus ad Petrũ. Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet/sed est mundus totus. Quid ad hoc r̃ndes Luthere, Loti ne sunt puuli in Christo baptiza ti? immo vero & abluti. Quare igiť apud te non sunt mundi toti? Nunq̃d opus habent lauare pedes? Si vero per ętatẽ nõ dum calcant terrena, quas pedũ sordes abluant? Quid est la= uare pedes? Nunquid est concupiscentiã aut fomitẽ abluere? At lauamus pedes quotidie, fomes aũt non abluitur nisi per

Ioh. 13. Pueri sunt mũdi toti.

mortem. Sed absit a nobis, vt secundum tuam impietatē dicamus fomitē esse vere actuale peccatū, quod remoretur nos ab ingressū cęli. Potest igitur adesse fomes, vbi non oportet & peccatum adesse. Qui igitͬ baptizati sunt in Christo, sunt mundi toti, donec non habent affectiões terrenas/quibus terram calcando, inficiunͭ adulti. At paruuli eiusmodi affectiones nondū sentiunt, igitur mundi sunt vtiq; toti. Et qui peccatum eis ascribit, is ꝓcul dubio conculcat verba Christi.

Sed ne meo videar inniti sensui, Ecce tibi Augustinū, hęc verba Christi ita explanantē. Sed quid, inqt, est hoc? Quid sibi vult? Quid hic necessariū est, vt queramus? Dñs dicit, veritas loquitur, ꝙ opus habeat pedes lauare & ille qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis, nisi quia homo in sancto quidē baptismo totus abluitͬ, non p̄ter pedes sed totus oĩno. (audis hoc Luthere?) verum tñ cum in rebus humanis postea viuitur/vtiq; terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate nō viuitur/quasi pedes sunt. Vbi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur: vt si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis. Et quotidie nos opus habere, vt pedes lauemus. Id est, vias spiritaliū gressuum dirigamus/in ipsa oratione dñica confitemur cum dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & n. di. de. n. Si em̄ cōfiteamur sicut scriptū est, peccata nostra: profecto ille qui lauit pedes discipuloꝝ suorū fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata nostra, & mūdet nos ab oĩ peccato. Id est vsq; ad pedes, qbus conuersamur in terra. Proinde Ecclesia, quā mundat Christus lauacro aquę in verbo vitę, nō solū in illis est sine macula & ruga, qui post lauacrū regeneratōis continuo ex huius vitę cōtagione tolluntur, nec calcant terrā, vt opus habeāt pedes lauare. Verū & in his, quibus istam misericordiā prebēs dñs, fecit eos de sęculo isto, lotis & pedibus emigrare. In his aūt, qui hic demoranͭ,

Aug. super Ioh. tract. 56

Lauare pedes.

i. Ioh. i.

Math. 6

i. Ioh. i.

Ephe. 5.

& si munda sit, q̄m iuste viuunt: opus tñ habent pedes laua re, quoniā sine peccato vtiq; non sunt. Hęc Augustinus.

Cui & Beda consonat in Omelia dicēs. Manifeste denunciat hic dn̄s/ꝙ lauatio pedum illa, remissionē quidem peccatorū designaret, non tñ eam quę in baptismo semel datur: sed illam potius, quā quotidiani fideliū reatus, sine qbus in hac vita non viuitur, quotidiana eius gratia mundantur. Pedes nāq; quibus incedētes terrā tangimus, ideoq; eos a contagōe pulueris/sicut reliquū corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terrenę inhabitatōis necessitatē designāt. Quia inq̄ntum quotidie desides nos & negligentes efficimur. In tantū & magni quiq; et summę cōuersationis viri a cęlesti, quā maxime diligūt, contēplatione reuocant, vt si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus: & veritas non est in nobis. Qui ergo lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionē oīm peccatorꝝ/nō indiget rursus (immo non potest eodē modo) ablui, sed q̄tidiana tm̄ mundanę cōuersationis contagia necesse habet, quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur. Est em̄ toto actionū suarum corpore mundus, exceptis dūtaxat his/quę menti, necessitate curę tēporalis adheserunt. Ob quorꝝ quotidianā sordidationē simul & emundationē, quotidie dicimus orantes. Et dimitte nobis debita nostra/sicut & nos di. de. n. Verum hęc de Apostolis eorūq; similibus dicta sunt/beatis videlicet immaculatis, qui timētes dn̄m/ambulant in vijs eius. At nos/qui diuini sępe timoris obliti/iter leue incedimus: non illa leui & quotidiana orationū solēnitate, possumus ab erratuū nostrorū sorde liberari sed maior necesse est ignatio/maior orationū, vigiliarū atq; ieiuniorꝝ/lachrymarū & elemosynarū exercitio purget: Ipso nimirum interius vestigia cordis nostri mundatę/qui sedens in dextra dei/per assumptę habitum humanitatis, quotidie interpellat pro nobis. Hæc venerabilis Beda.

Beda in hom. de cena do.

i. Ioh. i.

ps. i i 8.

Vides Luthere, quantũ ex his verbis christi, tribuãt baptismo viri sancti. Nẽpe Augustinus ait/ q̃ homo in sancto baptismo totus abluit, non p̃ter pedes, sed totus oĩno. Id est in oĩbus mẽbris, & ita in pedibus q̃q;. Et q̃ Ecl'ia in illis est sine macula & ruga, qui post lauacrũ regeneratõis continuo ex h⁹ vitę cõtagione tolluñt. Beda itẽ dicit. Qui ablutus est fonte baptismatis: in remissionẽ oĩm peccatoꝝ, non indiget rursus ablui. Tu vero vir impie, ita extenuas baptismũ Christi, vt ne vnius quidẽ peccati perfectã ei tribuas ablutionẽ. Quid eñ peccati hñt pueri, nisi q̃ viciosã ꝓpagant originem? Quicquid aũt ibi culpę est, non ꝓpriũ est pueris sed alienũ, nẽpe ex p̃uaricatione Adę/ non ex ꝓprio admisso. Qua tu igit immanissima crudelitate hanc vnã culpã pueris per baptismi gratiã tolli negas: Cum oẽs Doctores catholici, & tota per vniuersum orbẽ ecl'ia, a tp̃e Apostoloꝝ in hanc vsq; diẽ, tenuerũt absq; om̃i dubitatõe vnanimiter, non solum originalẽ culpam sed & oẽ peccatũ actuale per baptisma penitus tolli & expiari in adultis? Quis vnq; pręter te durior fuit paruulis q̃ adultis? Quis vero inter adultos perfectior fuit Apostolis? Et tñ eis christus de regno dei statuit exẽplum puerum. Non nos igit sed tu impijssime parricida, Christum cõculcas in pueris, qui baptizati in Christo, vtiq; christũ induerunt, exueruntq; peccatum/ abrenunciãtes diabolo & omnibus pompis eius, vt in eis sup̃abundet gratia, vbi abundabat ante baptisma delictũ Ecce per omnes euangelistas ostendi, te conculcare Christum, hoc impio dogmate tuo, quo pueris baptizatis remanens attribuis peccatum, quoꝝ innocentiã vbiq; attestat Christus.

Quã durus pueris luth.

EX PAVLO ADVERSVS LVTH.

NVNC videamus deinceps, vter nostrũ conculcet Paulum. Ego vtiq; nego in pueris remanẽs post baptisma pc̃tm̃, nisi inquantũ pro defectu & infirmitate sumatur pc̃tm̃. Tu vero asseris in puero post baptismũ remanere pc̃tm̃ ꝓprie dictum, vti declaras in

Quale pc̃tm̃ in pueris.

assertione ista longissima. Non solum defectũ sed & vere peccatum, quod non modo pœnã peccati/sed & culpã importet, quod sit pctm̃ vere actuale, vere contra legẽ dei, vere actualis priuatio eius rei quę adesse debeat, & vere actualis positio infirmitatis & aliorꝝ affectuũ qui deesse debeant. Deniq; tale asseris pctm̃, quod moret̃ a corpore aĩam ab ingressu cęli. At vbi sic asserit apl's? Vbi dicit in pueris post baptisma remanere culpã? vbi actuale peccatũ? vbi actualẽ priuationẽ rei quę eis adesse debeat? vbi actualẽ positionẽ libidinis & aliorum affectuum? vbi deniq; moram & impedimentũ ab ingressu cęli? O sacrilege, O impostor, o infanticida, Nihil habes in tota huius impietatis tuæ assertione ex Paulo de pueris. Et audes tamen dicere/qui neget has tuas de pueris parricidales impietates/is Paulum & Christũ simul conculcet. Vidimus autem supra iam de Christo, videamus nunc de Paulo.

Profecto si contra primũ articulum tuũ, sufficienter baptismi gratiã ex Paulo sup̃ demõstrauimus, satis q̃; demonstratũ sit est, non remanere in puero pctm̃ post baptisma. Si em̃ lux ex gratia, pctm̃ vero tenebrę, iã liq̃do constat, In pueris baptizatis esse gratiã, inesse Christũ, inhĩtare spũm sanctũ, Ex dictis apl'i. Proinde fieri nõ posse, vt in eis post baptismũ insit simul cum gratia culpa, Diabolus cum Christo, Libido cum spiritu sancto, Iuxta illud apostoli. Quæ em̃ p̃ticipatio iusticię cũ iniquitate? aut quę societas luci ad tenebras? Quę autem conuentio Christi ad Belial? Hoc itaq; p̃iudicio satis superq; condẽnatus iam est ex Paulo secundus iste tuus articulus. Verumtñ ne causeris pręiudicio tantum contra te agi/agam ex integro tecũ ex quacumq; voles Epistola Pauli. Et certe, nisi fugerem prolixitatem, non puto mihi operosum fore. Deo gratiã largituro, vel tres aut quatuor iustos libros (si opus esset) ex solo Paulo, contra hoc tuum infanticidium contexere, At breuitatis gratia paucos ex hoc latissimo prato flosculos legam, quibus breuiter ostendam, tete, non nos, concul

2. Cor. 6

care Paulum q̃ȝ, sicut & Christũ sil' cum innocẽtibus pueris.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Ro. 5. AD Romanos igit' ita scribit Apl's. Sed non sicut delictũ, ita & donum. Si em̃ vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donũ in gratia vnius hoĩs Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnũ pct̃m, ita & donũ. Nam iudiciũ quidẽ ex vno in cõdemnationẽ, gratia aũt ex multis delictis in iustificatio nem. Si em̃ vnius delicto mors regnauit per vnũ, multo magis abundantiã gratię & donatõis & iusticię accipiẽtes, in vita regnabũt p̱ vnũ Iesum christũ. Et paulo post. Lex aũt subintrauit, vt abundaret delictũ. Vbi aũt abundauit delictum, sup̱abundauit & gr̃a, vt sicut regnauit pct̃m in mortẽ, ita & gratia regnet per iusticiã in vitã ęternã per Iesum Chr̃m dñ̃ȝ

Ro. 6. nostrũ, q̱d ergo dicemus? Manebimus in pct̃o / vt gratia abũdet? Absit, qui n. mortui sum⁹ pct̃o, quõ adhuc viuẽus in illo An ignorat̃, q̱a quicũq̱ȝ baptizati sumus in chr̃o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti n. sumus cũ illo p̱ baptismũ in mortẽ, vt quõ Chr̃s surrexit a mortuis p̱ gloriã pr̃is

Deut. 31. ita & nos in nouitate vitę ambulẽus. Intelligis hęc Luth?

Luth cõ vtinã intelligeres & sapes resipesc̃ȝ a tot errorib⁹ grauissimis

trar. pau atq̱ȝ nouissima p̱uideres. Ecce ait Paulus. Nõ sicut delictũ ita & donũ. Quid ita? q̱a vnius inq̱t, delicto multi mortui sunt, at multo magis gratia dei in plures abũdauit. Tu vero directe cõtrariũ astruis, vt multo magis abundet in plures delictũ q̱ȝ gratia dei, q̱a & post baptismi gratiã vis in pueris remanere delictũ. At si abũdet ibi gratia, vt vult apl's, nequaq̱ȝ remanet delictũ, quia cõtraria sunt. Itẽ apl's ait. Iudiciũ quidẽ ex vno in condẽnationẽ, gratia ãt ex multis delictis in iustificationẽ Tu vero iterũ cõtrariũ asseris, Iudiciũ esse ex multis in condẽ nationẽ, gratiã vero ex paucis in iustificationẽ, imo q̃d absurdius est, ais. Baptismus oĩa remittit / sed nullũ penitus tollit, sed incipit tollere. Et tãq̱ȝ sapiẽtissime dixeris, subiũgis, Id q̃d

illos fefellit/nos vero libẽter sic fallimur, nõ dubitãtes. Bapti ſmũ christi & gratiã cõferre & pctã oĩa, vt remittere/ita & tol-

Quis n. nõ rideat tuã ſapientiã, qua pctm̃ existimas (lere. rẽ poſitiuã eſſe in carne, ſicut ſcoriã in ferro, aut vlcus in corpe Quod auferat̃/nõ ex ablatõe reatus aut culpę, ſed ſubſtantia & vita mutãdis per mortẽ et incineratõ3 corpis. Egregia ſane theologia, quę terciã q3 ſubſtantiã ponit in hoĩe, vt ſubſtãtia vna ſit aĩa, altera corpus, tercia pctm̃, vetus ſc3 & ſerius morb⁹ antiquũ pijs/indurata vomica, quę nõ tollit̃ niſi p corpis incineratõ3. O inſenſate hęretice, cur nõ diffinis pctm̃, qd nõ tollit̃/niſi ſuba (vt ais) & vita mutãdis? Ergo mẽtit̃ Iohẽs dicẽs, Ecce agnus dei qui tollit pctã ſeu (vt in gręco hẽtur) pctm̃ mũdi? Et hoc vtiq3 eſt peccatũ originale, de q̃ hic dicit apl's. Sicut per vnũ hoĩem pctm̃ in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita in oẽs hoĩes mors ptranſijt: in quo oẽs peccauerũt Non enĩ aliud pctm̃ intrauit per vnũ hoĩem in mundũ/niſi originale. Et hoc vtiq3 ſecũdũ totũ qcquid culpę & reatus hẽt tollitur per gratiã dei ſtatim ex baptiſmo in pueris. Mors aũt corpalis & infirmitas carnis nõ tollunt̃, quia nõ culpę ſed poęne hñt rõ3. Quicquid aũt culpę ineſt, totũ tollit̃ per baptiſma Ideo recte hic ait apoſtolus. Si vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiã gratię & donatõis & iuſticię accipientes/in vita regnabũt per vnũ Ieſum Chriſtum.

Ridicula luth. opĩo de peccato.

Ioh. i.

Ro. 5.

Tu vero ſtultiſſime dicis, infra circa tercium articulum, q Originale peccatum, vt omnia peccata, ita & incredulitas eſt. Inſpice quęſo hunc Apoſtoli locum, quocies de hoc peccato: tanq3 vno/non omnibus: loquatur numero ſingulari, immo & apertiſſime & vnitatis vocabulum adijciat, dicens. Vnius delicto, Per vnum peccatum. Quomõ autẽ accipimus abundantiã gratię/donationis/& iuſticię: ſi remaneat poſt baptiſma peccatũ adhuc actuale ſimul cum culpa, reatu, priuatione, actualiq3 poſitione concupiſcentię & omnium affectuum in pueris? Quomõ ſtant ſimul gratia & eiuſmodi peccatum?

Error lu. de pctõ origĩali.

Quō iusticia & actualis culpa? immo abundātia gratię & iusticię, vt ait Apl's, quō stat cum tali peccato, quod secundū te res viua est & quotidie mouens/sicut & ipsa (inquis) aīa, in qua habitat? Quid sibi vult ista tua stulticia? Quasi vero gratia non sit in anima. Vbi aūt iusticia est/si non est in aīa? Nunquid vero in eadem aīa simul sunt iusticia & peccatū?
i. Ioh. 2. Ergo male dicit Iohannes apostolus. Omnis qui facit pctm̄ & iniquitatē facit, Et peccatū est iniquitas. Quisquis igitur accipit abundantiā iusticię, hic liberatur a peccato & iniquita te. Quę enim abundantia iusticię cum iniquitate?

Videsne igit̄/ꝙ barbare contra oēm rōnem Theologiāqꝫ ac Philosophiā hac tua impietate cōculcas apl'm? Confundis em̄ cōtraria in vno subiecto, nēpe gratiā & pctm̄, iusticiā & iniquitatē, mundiciā & immundiciā, lauacrum & sordes, Et quod barbarius est, actuale peccatū simul cū gratia ponis in puero baptizato, qui per ętatem pctm̄ agnoscere non potest. Si aūt baptismus non tolleret pctm̄/non certe supabundaret (quod ait apl's) gratia, vbi abundauit delictū. Quō em̄ supabundaret gratia, si remaneret adhuc delictū? Abundabat secundū Apl'm delictū, at supabundat gratia per baptismū in Christo, Cur aūt supabundat, si non tollit delictū quod abū dabat? Inspice saltē voces ipsas, abundare & supabundare: vt tuam agnoscas impietatē. Recte igit̄ concluserunt sancti pa
De cōsecra. di. 4 cap. Placuit. 3. tres in cōcilio Mileuitano, vt quicunqꝫ dixerit gratiā dei, qua iustificamur per Iesum chr̄m dn̄m nostrū, ad solam remissionem peccatoꝝ valere/quę iam cōmissa sunt, Et nō & ad adiu torium, vt non cōmittant̄, Anathema sit. Supabundat igit̄ per baptismū gratia/quia & delicta cōmissa tollunt̄/& cōtra fu tura delicta p̄statur gratię adiutoriū. Impie igit̄ & conculcas Paulum, ꝙ cum supabundanti gratia ais remanere pctm̄, & nihilifacis baptismū, cui ne vnū quidē pmittis tollere peccatū cum tollat reuera oīa. Iuxta illud Ezechielis. Et effundā sup
Ezec. 36 vos aquā mundā/& mundabimī ab oībus iniqtātibus vr̄is.

Si ergo per baptisma mundamur ab oibus iniquitatibus no
stris, quō remanet in pueris post baptisma peccatū? Quod &
Paulus ipse hic innuit dicēs. Quid ergo dicemus? Manebi- Ro. 6.
mus in peccato/vt gratia abundet? Absit. Qui em̄ mortui
sumus peccato/quō adhuc viuemus in illo? An ignoratis &c.
Nonne hic aptissime innuit Apl's, nos per baptisma non ma
nere in pctō, sed mortuos fieri peccato. Quō igit̃ viuemus in
illo? Et si non manemus in peccato, quō remanet pctm̄ in no
bis? Et si mortui sumus peccato, quō viuemus in illo? Quid
his apl'i verbis clarius? quid explicatius? Quod si talia vere
dixit apl's de adultis, q̄nto verius intelligunt̃ & de pueris, qui
vnico veniūt ad baptismū peccato/nēpe originali, At nullum
hn̄t actuale, nc propositū quidē peccandi, immo nec sensum
peccati. Si igit̃ per baptisma moriunt̃ peccato senes & adulti,
q̄nto magis puuli? Adulti em̄ & ppria hn̄t pctā, & per vsum
rōis post baptisma peccare possunt, puuli vero nullū habent
in se peccatū propriū/nec vtunt̃ vsu rationis, sine quo nō pec
catur. Sed fit longior q̄ volebā, vel sine cōmentario, hęc Pau
lina disputatio. Tametsi succincte nuda citent̃ loca, non tam
pensiculando q̄ adnumerādo. Sed ita effluere solet & per sese
dilatari vbertas Pauli mira sententiarum fœcunditate.

EX PRIMA AD CORINTH. EPI.

AIT ergo in pxima deinde Ep'la idem apl's ad Co i. Cor. 6
rinthios. An nescitis, quia iniqui regnū dei non
possidebūt? Et hęc aliq̄n fuistis, sed abluti estis,
sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in noīe do
mini nr̄i Iesu christi, & in spū dei nostri. Et infra. An nescitis
q̄m mēbra vestra templum sunt spūs sancti, qui in vobis est,
quē habetis a deo, & non estis vestri. Empti em̄ estis pcio ma
gno. Glorificate & portate deū in corpore vestro. Item paulo i. Cor. 5.
supra in proximo capite. Nescitis quia modicū fermentū totū
massam corrūpit? Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua cō
spersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est

Christus. Itaq; epulemur/nõ in fermẽto veteri, neq; in fermẽ to malicię & nequicię, sed in azymis synceritatis & veritatis.

Argum. p pueris Quid ad hęc dicis Luthere? Ante baptisma iniqui erãt Corinthij, vtpote fornicarij, Idololatrę, adulteri, moles &c. sed p baptisma abluti sunt, sctĩficati sunt, iust. &c Et hi tñ erãt adulti, Quãto magis igit̃ puuli post baptisma sancti & iusti sunt, qui añ baptisma neq; fornicarij neq; adulteri aut Idololatrę fuerunt? Si abluti sunt p baptisma Corinthij in sanctificationẽ iustificationẽq;: qui ex anteacta vita afferebant ad baptismũ non solũ peccata cõmissa/sed & prauũ habitũ ac malã inclinationẽ consuetudĩs ad peccandũ. Quãto magis abluunt̃ sanctificant̃ & iustificant̃ paruuli, qui ad baptisma nõ aliud afferũt peccatũ nisi originale, Idq; non suum/sed alienũ, nempe ex puaricatione Adę/non ex proprio cõmisso. Nec vllum habẽt in se malum habitum/quia nec vllum habuere peccati actum neq; vllam consuetudinẽ peccandi? Qua tu igitur barbarie remanens eis tribuis peccatum post baptisma. Cum & ante baptismũ non nisi vni fuerint obnoxij peccato, quod tamen non sua sed primi parentis puaricatione contraxerunt?

Si hoc igit̃ remanet, dic barbare, a quo sunt abluti p baptisma? a quo sanctificati et iustificati? Dic quęso, quid est sanctificare, quid iustificare? Si remanet peccatũ/quõ abluũtur paruuli? quõ sanctificant̃? quõ iustificant̃? Quõ deniq; mẽbra eoꝝ sunt templũ spũs sancti? Nunquid caro libidine (vt tu ais) infecta, tẽplum est spũs sancti? Atqui deus ait. Non

Gen. 6. pmanebit spũs meus in hoĩe in ęternũ/quia caro est. Nec habitabit (vt sapiẽs ait) in corpore subdito peccatis. Qua tu igit̃

Sapi. 1. Luc. 19. barbarie speluncã latronũ facis ex templo dei? Nonne scriptũ

Math. 12 est in Matthęo? Cum immundus spũs exierit ab hoĩe, ambulat per loca arida: q̃rens requiẽ, et non inuenit, tunc dicit. Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantẽ/scopis mundatã et ornatã. Quid dicis tu luthere? Nõne pueri añ baptismi susceptionẽ exorcizant̃? nõne exufflat̃

ab eis spūs malignus? Nōne renunciāt diabolo et oībus pom pis eius? Ita sane oīs tenet per orbē terrarū ecclesia. Quō igiť post baptismū inuenit diabolus domū eiusmodi vacantē, sco pis mundatā & ornatā, si remanet in ea peccatū? Deinde. Si modicū fermentū (vt ait apl's) corrūpit totā massam, quid faciet pctm remanēs, qd tu non modicū fermentū/sed oīa pctā esse asseris? Quō vero expurgāt puuli vetus fermentū p baptisma, si remanet adhuc pctm, idq; viuacissimū (vt ais) et actu i. Cor. 5.

O porce, quoties hic in vno loco cōculcas Paulum? (ale. Ecce quia remanēs asseris in baptizatis pueris peccatū, negas eos ablutos esse, negas sanctificatos, negas iustificatos, negas mēbra christi, negas tēpla spūs sancti, negas emptos esse pcio magno, negas eos glorificare et portare deum in corpore suo, negas a veteri fermēto expurgatos, negas Pascha eorum immolatū esse Christū. Negas deniq; azymos esse in synceritate & veritate/quia remanere ais peccatū, idq; actuale & irrequietum/cum libidine simul & alijs passionibus. Quis vnq; ita porcaliter brutissima immanitate cōculcauit simul cum paruulis Paulum? Idq; vel in vno, haud ita lato, passu. Luth. cōcul. pau.

EX SECVNDA PAVLI AD Corinthios Epistola.

SED age, ne prolixi simus, videamus alium ex altera Pauli ad Corinthios epistola locum, Si nondum forsitan satis aperte conculcatus a te videatř. Ait itaq; apostolus. Et pro oībus mortuus est Christus, vt et qui viuūt/iā non sibi viuāt/sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Itaq; nos ex hoc neminē nouimus secundū carnē. Et si cognouimus secundū carnē Christū sed nunc iā nō nouimus. Siq̄ ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt oīa noua. Omnia autē ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Et paulo post. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos effice- 2. Co. 5.

remur iusticia dei in Christo. Et infra. Nolite iugũ ducere cũ
2. Cor. 6 infidelibus. Quę ẽm ꝑticipatio iusticię cũ iniquitate? aut quę
societas luci ad tenebras? Quę aũt conuẽtio christi ad Belial?
aut quæ pars fideli cũ infideli? Qui aũt consensus tẽplo dei
cum Idolis? Vos ẽm estis templum dei viui, Sicut dicit deus.
Quoniã inhabitabo in illis; & inambulabo inter eos, & ero
Leui. 26 illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite
de medio eorum/ & separamini dicit dominus, & immundũ
ne tetigeritis, & ego recipiam vos. Hæc Apostolus.

Sed ne semꝑ sine cõmentario loquar, paucula ex Athana-
Athana. sup epi-stolas Pauli. sij expositiõe adducã. Postq̃, inquit, oẽs qui morti obnoxij,
scelerũ rõne iam extitissent, per Christũ baptismi grã reuixere
Merito inquit, neminẽ fideliũ cognoueramus secundũ carnẽ
qui viueret. Hoc est, Secundũ veterẽ illum & carnalẽ viuendi
modũ. Omnes nanq; fideles, spũ ipso renati, nouã quandã &
spiritalẽ transigunt vitã. Christus aũt tunc dicit̃ secundũ car-
nem vixisse, qñ pro naturę passionibus, nulli tñ culpę obno-
xijs vixit, videlicet, cum famẽ ac sitim & labores perpessus est.
Nunc vero nequaq; carnis necessitati subiectus est, Hoc est,
passionibus constat hũc esse immunẽ. Vetera transierũt, ecce
facta sunt oĩa noua. Quęret aliquis, Quęnã hęc vetera dicit?
Nempe delinquentiũ facinora; & Iudęoꝝ ritus & opera. Pr
terijt nanq; vetus pc̃m, & aĩa noua nobis est reddita. Nouũ
ꝑterea & corpus effectũ. Et pro rebus Iudaicis cunctis inno-
uata sunt oĩa. Nam pro lege Euangeliũ, pro hierusalẽ cęlum,
pro tẽplo velum quod intimũ erat in quo ipsa Trinitas cõti
net, pro circũcisione baptismus, pro mãna Christi purissimũ
corpus, pro aqua domini sanguis, pro baculo vel Moysi vel
Aaron crux ipsa, pro agno dei filius; & huiusmodi reliqua.
Hæc ex Athanasio breuissime.

Vis nunc videre Luthere, quocies & in hoc loco per infan
ticidiũ tuũ cõculces apl̃m? Age videamus. Primũ, pro oĩbus
mortuus est Christus secundũ apl̃m. At secundũ te mortuus

non est pro pueris. Quid ita? quia non oĩa, inquis, abluit eis pctã, in baptismo/eo ꝙ remanet pctm̃, & actuale & quidẽ viuacissimũ. Immo nullum penitus abluit eis pctm̃. Quid ita? quia nullũ afferunt pueri peccatũ ad baptismũ nisi originale, iuxta Cypriani, Augustiniq; ac oĩm sanctoꝝ patrũ sententiã At istud secundũ te remanet in eis vel viuacissimũ, & secundũ culpã, immo et in libidine (si dijs tuis placet) alijsq; passionibus actualiter. O parricidã barbarissimũ. Deinde. Iuxta Pauli sententiã/pueri baptizati in morte Christi/iam non sibi viuunt sed ei qui pro ipsis mortuus est. At iuxta tuũ parricidiũ, viuũt sibi, nõ Christo, quia viuũt in pctõ & libidine. Tercio ait apl's. Itaq; nos ex hoc neminẽ nouimus secundũ carnẽ, At tu pueros nosti ex hoc, id est post baptismũ secundũ carnẽ, nõ minus ꝙ̃ ante baptismũ, Nẽpe secundũ remanẽs pctm̃. Quarto ait apl's. Siqua est in Christo noua creatura/vetera transierunt, Tu vero dicis, licet infans baptizatus noua sit in Christo creatura, vetera tamen non transierũt/sed remanent viuacissime, & secundũ culpã. Quinto ait Paul. Ecce facta sunt oĩa noua. Tu vero dicis. In pueris baptizatis remanet vetus pctm̃ ideo non oĩa, ĩmo nulla sunt ibi noua. Sexto ait Apl's, oĩa aũt ex deo/qui nos recõciliauit sibi per Christũ, tu vero dicis. Nihil pueris baptizatis ex deo per baptismũ. Quid ita? Quia ꝑ primũ articulũ non dat eis gratiã baptismus/& per secundũ non recõciliantˀ deo per Christũ: quia remanet in eis pctm̃, & actuale secundũ culpã: et quidẽ viuacissimũ. Septimo ait apl's Christũ fecit deus pro nobis pctm̃, vt nos efficeremur iusticia dei in Christo. Tu vero nec christũ sinis dici pctm̃, nec pueros iusticiã dei in Christo. Non n. possunt dici iusticia dei in christo, in quibus remanet vere peccatũ/quia pctm̃ est iniquitas, vt ait Iohẽs in Canonica. Paulus ita expurgari ait baptizatos in Christo, vt non solũ iusti: sed & iusticia dei dicantur in Christo. Tu vero ita extenuas baptismũ, vt ne iustos quidẽ dicere valeas baptizatos, quid ita? Quia iusti non sunt: in q̄bus

Cyp. In epl'is li. 3 epi. 8.

i. Ioh. 3.

remanet iniquitas & peccatū. Octauo ait Apl's. Nolite iugū ducere cū infidelibus, tu aūt dicis/nō possumus nō ducere cū infidelibus iugū, Nēpe vetus illud pctm̄, q̄d nobis cum infidelibus cōmune est, cuius culpa & post baptismū vel in pueris (quia sic dijs tuis placet) remanet. Nono ait apostolus. Quę pticipatio iusticię cū iniquitate? Tu vero, maxīa, inquis, quia & in puero iamiā per baptismū iustificato remanet iniqtas: Decimo ait apl's. Quę societas luci ad tenebras, tu rursus p cōtrariū ais Ne in puero quidē post baptismū inest gratię lux sine tenebris peccati remanētis. Ecce tibi decē Pauli cōculcationes in vno loco, et eo quidē nondū per oīa discusso. Potes hinc facile cōijcere, q̄ntis ego libris vel ex solo Paulo hoc tuū infanticidiū possem, si opus foret, redarguere. At opus esse nō arbitror, priusq̄ ad ista r̄nder̄.

EX EPI. PA. AD GAL.

Gala. 3. SED ꝓgrediamur vlterius, ad quartā q̄ʒ Pauli epistolā, in quā tuos Galatas scripsisti. Ait sane ad galatas apo. Itaq̄ lex pędagogus noster fuit in chr̄o, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iā nō sum⁹ sub pędagogo. Oēs em̄ filij dei estis per fidē in Christo Iesu. Quicūq̄ n. in christo baptizati estis, Christū induistis. Non est Iudęus neq̄ gręcus &c. Oēs n. vos vnū estis in christo Iesu.

alias in chr̄m vel ad chr̄m

Gala. 4 Si aūt vos christi, ergo semē Abrahę estis: secundū ꝓmissionē heredes. Et post pauca. Qm̄ aūt estis filij dei/misit deus spūm filij sui in corda vestra, clamantē Abba pater. Itaq̄ iā non est seruus sed filius. Quod si filius, et hęres per deū. Et infra. Itaq̄ fratres nō sumus ancillę filij sed liberę: qua libertate Christus nos liberauit. State, et nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Et circa finē. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri Iesu christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo n. Iesu neq̄ circūcisio aliqd valet neq̄ p̄putiū: sed noua creatura. Hæc Paulus ad Galatas. Ne vero insultes mihi, q̄ scripsi/pędagogus in Christo, adnotaui in margine de q̄ tibi vendicas palmariū, in christū, quanq̄ prior q̄ tu nos admonuerit Erasmus, vt iuxta grecanicā literam legamus, In

christũ seu ad christũ, tu, magno fastu dãnas oĩa nostra exẽplaria & quę Hieronymi sunt & Athanasij Ambrosijq; & Augustini, in quibus ponit̃, pędagogus in Christo. Quid/si vtraq; lectio queat saluari? Sed nõ est hoc p̃ntis negocij exactius discutere/satis fuerit admonuisse te hic, hanc vocẽ Pędagogus non p̃ticipiũ aut verbũ: sed nomen esse. Ad p̃positũ. Si puer iustificat̃ ex fide, quõ remanet in eo iniquitas? Si per fidẽ fit filius dei, quõ remanet in eo p̃ctm̃? Ait em̃ Iohẽs in sua Canonica. i. Ioh. 3.
Om̃is qui natus est ex deo peccatũ non facit, qm̃ semen ipsius in eo manet, et nõ potest peccare, qm̃ ex deo natus est. Deinde. Gala. 3.
Si puer in Christo baptizatus: induit christũ, quõ remanet in eo viuacissimũ (vt ais) peccatũ? Quę n. conuẽtio christi ad Belial? Quõ remanet peccatũ in eo: qui Christũ, gratia & veritate plenum, induit. Nonne & puer de plenitudine eius accipit gratiã pro gratia? Preterea/quod maius potest esse distantię Chaos (vti ad diuitẽ loquitur in euangelio Abrahã) q̃ inter christũ et peccatũ (quale tu ponis) viuacissimũ et actuale cum culpa, defectu, poena et libidine? Deinde si p̃uulus baptizatus est semen Abrahę/secundũ p̃missionẽ heres, vtiq; non remanet in eo semen diaboli, quod est peccatũ, sed manet in eo semen (vt ait Iohẽs apo.) dei, quod est gratia. Item. Si puer baptizatus est filius dei, misit vtiq; Deus pater sp̃ũm filij sui in cor eius, clamantẽ Abba pater. At si remanet in eo peccatũ, quale tu ponis, non dei sed Diaboli (qui mendax est et pater eius) esset filius/nec haberet in se sp̃ũm christi, qui vtiq; nõ patitur secum eiusmodi p̃ctm̃/nec clamaret Abba pater. Quia nemo põt dicere (vt alibi ait Apo.) dñs Iesus/nisi in sp̃ũ sc̃tõ. Quis em̃ in actuali exñs p̃ctõ & libidine clamat Abba pater.

2. Cor. 6 · Iohã. 1. · Luc. 16. · i. Ioh 3. · Gala. 4. · Ioh. 3. · i. cor. 12.

Rursus, si puer baptizatus iã non est seruus sed filius, qua tu eũ barbarie in veterẽ redigis seruitutẽ peccati remanentis? Nunq̃d per p̃ctm̃ erit hęres? At ap̃ls ait, Si filius: et hęres per deũ. Deinde, si eiusmodi puer filius iam est liberę non ancillę, quõ remanet in eo peccatũ? Quę em̃ verior seruitus q̃ peccati?

Quod si hac libertate eum liberauit Christus, nõne vere liber erit? Omnis aũt qui facit pctm̃ (inquit Christus ipse) seruus est peccati. Seruus aũt non manet in domo inęternũ: filius aũt manet inęternũ. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Ecce ꝙ impie hic simul cũ puulis & Paulũ & Christũ piter cõ culcas. Paulus liberatũ ait puulũ, Christus vere liberũ dicit, Tu vero nec liberatũ nec liberũ esse sinis: sed innocentẽ, non solum per gratiã baptismi: sed et per naturã atq; ętatem / crudelissime addicis peccato ac fœdissimę seruituti libidinis.

Innocentia puerorum. Qui tñ, quia baptizatus in morte Christi, verissime crucifixus est mundo: & mundus ei, non diligit mundũ, nec ea q̃ in mundo sunt, vti p̃cipit Iohẽs apl's, nõ cõcupiscit carne, nõ ocu

i. Ioha. 2. lis, nõ fastu ambitõis, non supbia vitę, sed vere infans agnoscit patrẽ, cuius filiũ induit in baptismo: et in spũ filij eius clamat Abba pater, per innocentiã suam magnus in paruo corpe victor mundi et cõcupiscentiarũ eius. Omẽ em̃ (inquit Iohẽs

i. Ioh. 5. apostolus) q̃d natũ est ex deo: vincit mundũ. O fœlix infantia

Ioha. 12. quę & naturę & gratię bono, tanta securitate triũphas in chri

2. Cor. 5. sto non solũ mundũ / sed & principẽ mundi huius. Tu post baptismũ verissime es illa noua creatura, in qua facta sunt oĩa noua. Licet barbarus iste parricida frustra te moliat̃ diabolo per pctm̃ (q̃d remanere ait) addicere atq; occidere, & ita quidẽ crudeliter, vt & post mortẽ ꝓhibeat aĩam ab ingressu cęli. Sic sęuit in piã ĩnocentiã nocẽtissima diabolici satellit' impietas.

EX EPIS. PAV. AD EPHE.

QVID vis amplius Luthere? si adhuc non satis videaris cõculcare hoc parricidio Paulũ. Ecce tibi & quintę eius epistolę, quę ad Ephesios scripta est: par

Ephe. 2. ticulã. Ait apl's. Nunc aũt in Christo Iesu vos, qui aliqñ eratis longe, facti estis ꝓpe in sanguine christi. Ipse em̃ est pax nostra / qui fecit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ macerię / soluens inimicicias in carne sua / legẽ mandatoꝝ decretis euacuans, vt duos condat in semet ipso in vnũ / nouo hoĩe faciens

pacem: vt recõciliet ambos in vno corpe/deo per crucẽ/interficiẽs inimicicias in semetipso. Et paulo post. Ergo iã non estis hospites et aduenę/sed estis ciues sanctorꝶ & domestici dei/ super ędificati sup fundamentũ apostolorꝶ et ꝓphetarũ: ipso summo angulari lapide Christo Iesu, In quo oĩs ędificatio cõstructa: crescit in templũ sanctũ in dño. In quo et vos coędificamini in habitaculũ dei in spũ sctõ. Et infra. Vos aũt non ita didicistis Christũ (si tñ illũ audistis et in ipso edocti estis) sicut est veritas in Iesu. Deponite vos secundũ pristinã cõuersationẽ veterẽ hoĩem/qui corrumpit̃ secundũ desyderia erroris. Renouamini aũt spũ mentis, vestrę, et induite nouũ hominẽ, qui secundũ deũ creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Et infra Eratis aliqñ tenebrę: nunc aũt lux in dño, vt filij lucis ambulate. Fructus em̃ lucis est in oĩ bonitate et iusticia et veritate, ꝓbantes quid sit bñplacitũ deo. Et nolite coĩcare opibus infructuosis tenebrarũ/magis aũt redarguite. Et infra. Viri diligite vxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiã: et seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret: mundans eã lauacro aquę in verbo vitę/vt exhiberet ipsi gloriosam ecclesiã non habentẽ maculã aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta et immaculata. Hæc ad Ephesios Paulus.

Ephe. 4.

Ephe. 5.

Sed si tibi oẽs hic cõculcatões tuas enumerauero, vereor ne tędium pariat ꝓlixitas. Ideo vt breuissime dicã, toties hic Paulum infanticidio tuo conculcas, vt facilius verba Pauli ꝙ̃ tuę possint enumerari conculcatões, & vix tñ decimã illius epistolę partẽ recitaui. Si igitur ꝑuuli sunt baptizati in Christo Iesu, non sunt iã amplius in pctõ, quia magnũ est inter Christũ et pctm̃ (ꝓsertim tale) chaos. Si facti sunt prope in sanguine Christi, vtpote in morte eius baptizati, cur ita impie derogas sanguine christi, quasi nõ abluerit oẽ pctm̃ in ꝑuulis per baptismũ? Si Christus est pax nostra, vtiqꝫ est et puerorꝶ. Quę aũt pax Christi, immo q̃ pax christus, cũ viuacissimo et irrequieto (vt ais) peccato? Si soluit christus inimicicias in carne sua, quõ

Argu. ꝓ pueris

remanet in reconciliatis per baptismi gratiam pueris viuax & actuale pctm̄? Nunqd inter christū(quē puer in baptismo induit) et peccatū nō sunt inimicicię? Si christus inimicicias interficit in semetipso, quō remanet in puero peccatū? Quā enī inimiciciā interficit Christus: nisi peccati & diaboli? Si pueri baptizati iā non sunt hospites et aduenę/sed ciues sanctorꝝ et domestici dei, dic q̄so, quō remanet in eis peccatū? Nunqd peccatū/idq̧ viuacissimū & maxīe irrequietū (vt tu ais) est in ciuibus sanctorꝝ: aut in domesticis dei? Absit, ait em̄ euāgelicus
Esa. 59. ꝓpheta. Iniquitates vestrę diuiserunt inter vos et deū. Et Iob.
Iob. 22. Longe facies iniquitatē a tabernaculis tuis. Item Psalmista.
p̄s. 118. Longe a peccatoribus salus. Pręterea, si ędificati sunt pueri ꝑ baptismū suꝑ fundamentū apl'orꝝ et ꝓphetarū, quō remanet in eius peccatū tale, quod isti fundamēto maxīe contrariū est? fundamentū n. illud christus est: lapis scʒ ille angularis, quod si oīs ędificatio, cōstructa in angulari illo lapide/crescit in tē plū sanctū in dn̄o, non pōt remanere in pueris peccatū, culpa, et libido/quia in his nō crescit ędificatio in tēplum sanctū. Et si coędificant̄ in habitaculū dei in spū sancto, non remanet in eis viuax pctm̄: quod vtiq̧ exedendo atq̧ inficiendo totū ędifi
i. Cor. 5. cium labefactaret. Queadmodū alibi ait Apo. ꝙ modicū fermentū corrūpit totā massam. Ideo iubet hic idē Apo. vt deponamus veterē hoīem, qui corrumpit̄ secundū desyderia erroris At si remanet (vt ais) in ꝑuulis pctm̄ illud viuacissimū, quō per baptisma renouant̄ & deponunt veterē hoīem? Nunqd vero christū in baptismo induētes: non exeunt veterē hoīeʒ? Certe si facta sunt oīa noua/fieri non potest, vt remaneat homo vetus, et peccatū actuale atq̧ libido & reliquę id genus passiones, quę corrumpunt secundum desyderia erroris.

Ideo rectissime subiungit apl's, dicēs. Renouamini aūt spū
Ephe. 4. mētis vestrę: et induite nouū hoīem, qui secundū deū creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Si ergo renouant̄ spū per baptisma infantes, nō remanet vetustas peccati. Si nouū hoīeʒ

induũt, exuunt vtiq; veterẽ hoĩem. Si secundũ deũ creatus est in iusticia et sctĩtate veritatis/non põt adhuc sordidus esse in iniqtate et ĩmundicia, quã tu remanere fingis. Est eñ ablutus lauacro regeneratõis in verbo vitę/nõ minus puer q̃ adultus immo multo magis sancta & ĩmaculata credit̃ iure ac merito Ecclesia in pueris: qui mundi sunt toti, q̃ in adultis/quibus opus est lauare pedes. Erant quidẽ & pueri añ baptismũ tenebrę, nunc aũt ex gratia baptismi sunt lux in dño: non amplius tenebrę/ideo vetus peccati tenebricositas in eis non remanet. Nam fructus lucis est in oĩ bonitate & iusticia/nõ in malicia & iniquitate. Si enim remaneret peccatũ, vtiq; cõicarent pueri contra dictum apostoli, infructuosis opibus tenebrarũ. Sed si non habent maculã neq; rugã/neq; aliquid huiusmodi, certe non remanet in eis peccatũ/p̃sertim tale, quod tu actuale et vi uacissimum asseris/rugosum defectu/maculatum libidine. Ephe. 5.

EX EPI. PAVLI AD PHILIPPEN.

IN & hic longior fui q̃ ꝓposuerã. Venio nunc ad sextã Pauli epistolã, quę vt breuior est prioribus, ita cicius expediet̃. Ait igit̃ ad Philippenses apo. Siqua consolatio in Christo, si quod solatiũ charitatis, siqua societas spũs, siqua viscera miseratõis, implete gaudiũ meum, vt idẽ sapiatis, eandẽ charitatẽ hñtes, vnanimes id ipm sentiẽtes. Nihil per cõtentionẽ: neq; per inanem gloriã, sed in humilitate supiores sibi inuicẽ arbitrantes. Non quę sua sunt singuli consyderãtes: sed ea quę alioꝝ. Hoc n. sentite in vobis, quod & in christo Iesu. Et post pauca. Oĩa autẽ facite sine murmuratõibus et hęsitationibus: vt sitis sine q̃rela & simplices filij dei/sine rep̃hensione, in medio natiõis prauę et p̃uersę, inter quos lucetis: sicut luminaria in mundo, verbum vitę continentes ad gloriã meam in die Christi, quia non in vacuũ cucurri/neq; in vacuum laboraui. Et infra. Vt inueniar in illo/non habens meã iusticiã, quę ex lege est: sed illam quę ex fide est Christi Iesu/quę ex deo est iusticia in fi- Philip. 2

de:ad cognoſcendũ illum & virtutẽ reſurrectõis eius,& socie-
tatem paſſionis illius, configuratus morti eius/ſi quo mõ oc
curram ad reſurrectionẽ,quæ eſt ex mortuis. Hęc Paulus.

Quoniã vero minus expreſſe loquit̃ hic apoſtolus de bapti
Argu. ꝓ pueris — ſmo, ꝗ̃ in ſupioribus, opęprecĩu fuerit/ea explicatius ad ꝓpo
ſitũ referre. Si igit̃ in pueris baptizatis eſt conſolatio in chr̃o
Gala. 3. — vtpote quẽ in baptiſmo induerũt. Si quod ſolatiũ charitatis,
Ro. 5. — ſcz baptizatis in ſpũ ſancto per quẽ charitas diffundit̃ in cor
dibus noſtris. Non poteſt in eis poſt baptiſmũ remanere pctm̃
illud irrequietũ & viuaciſſimũ quod tu ponis, quia aduerſat̃
chriſto per culpã, ſpũi ſancto per cõcupiſcentiã, paci per inquie
tudinẽ, charitati per fœdã libidinẽ, dęniq; & ſocietati ſpũs per
conflictum paſſionũ. Quę igit̃ tam barbara tua dementia: vt
tale peccatũ dicas remanere poſt baptiſmũ in pueris, quod ne
adultis quidẽ poſt ſacrum regeneratõis lauacrũ tribuere con-
uenit? Opitulat̃ enim pueris, vltra gratiã baptiſmi, & naturę
Philip. 2 — atq; ætatis innocẽtia. Nihil agunt (vt hic admonet apoſtolus)
Innocentia paruulorꝝ. — per contentionẽ, nihil per inanẽ gloriã, non q̃ ſua ſunt conſy-
derant. In humilitate oĩa faciunt: ſine murmuratõibus & hęſi
tationibus, vt merito ſint ſine q̃rela: & ſimplices filij dei, ſine
rep̃henſione, in medio natiõis p̃uę atq; puerſę. In mundo inq;
ſine mundo & ſine cõcupiſcentijs eius: ideo lucent interna per
baptiſmũ gratia/ſicut luminaria in mundo continẽtes verbũ
vitę, vtpote mundati lauacro aquę in verbo vitę: vtiq; ad glo
Ephe. 5. — riam eccleſię, q̃ non in vacuũ eis regeneratõis adminiſtrat ſa-
cramentũ. Vnde ꝓcul dubio inueniunt̃ in Chriſto, non legis
ſed fidei iuſticiã h̃ntes, habẽt et paſſionis illius ſocietatẽ, quia
Ro. 6. — baptizati in morte Chriſti, Pręterea & reſurrectõis h̃nt ſpem
vtpote cõſepulti chriſto per baptiſmũ in mortẽ/vt ſint mortui
pctõ, viuentes aũt deo in chriſto Ieſu, cuius morti ſunt p̃ bapti
ſmũ cõfigurati. Qua tu igit̃ crudeli vęſania tã ſanctis & inno
centibus puulis remanẽs attribuis pctm̃? Si eñ remaneret in
eis pctm̃: nõ recte dicerent̃ ab ap̃lo mortui pctõ, viuẽtes ãt dęo.

EX EPI. PAV. AD COLOSSEN.

SED ne tibi fastidio sim, si per oẽs Pauli epistolas (quod non foret difficile) barbarũ hoc tuũ infanticidiũ conuincere velim, vnius dumtaxat adhuc epistolę, quę media est in numero epistolarũ / & ordine septima, suffragiũ petam pro paruulis. Ita sane scribit multo elegantissime ad Colossenses apl's. Vt ambuletis digne deo per oĩa placentes, in omni ope bono fructificantes, & crescentes in oĩ scientia dei, in omni virtute confortati / secundũ potentiã claritatis eius, in omni patiẽtia & longanimitate, cũ gaudio gratias agentes deo et patri, qui dignos fecit in partẽ sortis sanctorꝶ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectoĩs suę, In quo habemus redemptionẽ & remissionẽ peccatorꝶ. Et paulo post. Et ipse est caput corpis ecclesię, qui est principiũ: primogenitus ex mortuis, vt sit in oĩbus ipse primatũ tenens. Quia in ipso cõplacuit oẽm plęnitudinẽ inhabitare, et per eum recõciliari oĩa in ipm: pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quę in terris, siue quę in cęlis sunt. Et vos cũ essetis aliqñ alienati, et inimici sensu in opibus malis: nunc aũt recõciliauit in corpe carnis eius / per mortẽ exhibere vos sanctos et ĩmaculatos & irreprehensibiles corã ipso. Et infra. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dñm nostrũ / in ipso ambulate, radicati et supędificati in ipso, & confirmati in fide / sicut & didicistis abundãtes in illo in gratiarũ actione. Videte: ne quis vos decipiat per philosophiam et inanẽ fallaciã / secundũ traditionẽ hoĩm / secundum elementa mundi: & non secundũ Christũ. Quia in ipso inhabitat oĩs plęnitudo diuinitatis corpaliter / & estis in illo repleti, qui est caput oĩs principatus et potestatis. In quo et circũcisi estis / circũcisione non manufacta: in expoliatione corpis carnis, sed in circũcisione Christi, cõsepulti ei in baptismo, In quo et resurrexistis per fidẽ operatoĩs dei, qui suscitauit illũ a mortuis. Et vos cũ mortui essetis in delictis et ꝑputio carnis vestrę cõuiuificauit cũ illo / donans vobis OMNIA DELICTA,

Colo. i.

Colo. z.

delens quod aduersus nos erat Chirographũ decreti/q̄d erat contrariũ nobis:& ipsum tulit de medio/affigens illud cruci, & expoliãs principatus et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in seipso. Huc vsq; Apostolus.

Quot hic putas inueniri sanctas Pauli sententias, quas tu canino dente rodis ac mordes, atq; porcina bestialitate conculcas per istud crudele contra infantes dogma tuũ? Longũ sane esset, oẽs speciatim designare. Nos igit̃ breuitatis gratia, Apl̃i ordinẽ tenentes, ita per hanc Pauli epistolã breuiter tuę occurrimus impietati. Ait apl̃s, vt digne ambuletis, deo per oĩa placentes. Dic q̄so, quis dignius per innocentiã vitę ambulat q̄ pueri baptizati? quis magis q̄ illi deo per oĩa placet? Quis nostrũ non sępe offendit, iam cogitatu, iã verbo, iã facto aut facti omissione? In multis eñ (ait Iacobus Apl̃s) offendimus oẽs. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. At infantes in nullo penitus offendunt, quia rationis presidio non vtunt̃/ideo neq; humanę leges vllam eis ascribunt culpã, sicut nec fatuis, nec furiosis, nec brutis/quia neq; conscietię neq; rationis habent vsum. Nihil igitur praua voluntate agunt pueri, ideo nihil peccant, Vnde quod alijs pc̃m est: veluti ferire parentes, aut opus aliquid destruere aut corrũpere, damnũve quodcũq; inferre, pueris non imputat̃. Hinc & Pharao: infantulo Moysi pepercit, qui diadema (vti Iosephus refert) & manibus proiecerat in terram, & pedibus fataliter cõculcauerat. Non igit̃ (vti tu barbare dicis) remanere post baptismũ vlla in pueris culpa/sed ambulant digne per innocentiam.

Colo. i.

Non peccãt pueri

Iaco. 3.

Iosep. de antiqui. li. 2 ca. 6.

Vnde nec erubescunt, quia nullũ sentiunt motũ turpẽ in pudendis: similes vtiq; in hoc primis pñtibus/in statu innocẽtię existentibus. Quo fit, vt barbariẽ tuã, qua cõtra naturã et oẽȝ rationẽ pueris attribuis culpam et libidinẽ, nemo pius, nemo rõis compos ferre possit. Ambulant igit̃ digne secundũ naturam, neq; deum neq; hoĩes vlla offendunt culpa. Sed ex natura hoĩbus, Deo & ex baptismi gratia intrinsecus per oĩa placet

non erubescunt infantes

Cęterum in virtutibus & bonis operibus fructificare tū non possunt/sicut neq; peccare, quia neq; rōnis vsum neq; voluntatis habēt arbitriū aut imperiū, degunt aūt in gratia dei atq; in naturali innocētia, neq; bonū neq; malum in ea ętate moraliter agentes. Non igit remanet in eis peccatū: sed gratia dei et innocētia naturalis, cui & regeneratōis accessit sanctificatio. Vnde digni facti sunt (vt hic ait Apl's) in partē sortis sanctorum in lumine, Erepti per baptismū de potestate tenebrarum, ac translati in regnum filij dilectionis dei. In quo habent redemptionē & remissionem peccatorum.

I nunc infanticida impijssime, et dic nos cōculcare Paulū, cuius tot pclaras sententias tuę opponimus impietati, & expressissime quidē, nō per allegorias aut parabolas (vti tu aliqñ facis) sed per ,ppria verba apertissimaq; verbo⁊ significatione. Quid eñ aptius dici potest contra remanens (quod fingis) in pueris baptizatis peccatū, q; esse eos dignos factos in partē sortis sancto⁊ in lumine, esse ereptos de potestate tenebrarum/esse translatos in regnū filij dilectionis dei (in quo certe nullum remanet peccatū) habere eos deniq; redemptionē & remissionē peccato⁊? Sed vt finem assequamur tandem, reliqua prosequamur/quę allegauimus hic, dicta Pauli.

Et ipse, inquit, est caput corpis Ecclesię. Quis aūt neget pueros baptizatos esse & membra ecl'ię & de numero fideliū? Immo et corpa eo⁊ (vti docet alibi Apl's) esse membra Christi. et mēbra eo⁊ tēplum spūs sancti? Quō ergo in talibus remanet peccatū, viuacissimū illud & culpę libidiniq; obnoxiū? An nescis, q; ex capite totū corpus (queādmodū in hac docet epl'a Paulus) per nexus et cōiunctōes subministratū et constructū crescit in augmentū dei? Si ergo mortui sunt paruuli per baptisma cum Christo/ab elementis huius mundi, quid adhuc tanq; viuentes mundo decernis? Quid concupiscentię subdis, quos ab ea & natura vindicat & ætas? Si habent concupiscentiam, cur non erubescunt in pudendis/sicut adulti? Cur na

Templū spūs scti. i. Cor. 6

Colo. 2.

tura, pubertatis: lex humana, coniugij tempus in pueris expectat? Quis ergo non rideat hoc bestiale dogma tuum, quod non solum pietati & religioni: sed et naturę humanoq; sensui omniq; quorūcunq; hominū rationi repugnat?

Colo. i. Ait Apl's Quia in ipso cōplacuit oēm plenitudinē inhabitare, At quā plenitudinē? nunqd peccati: sicut tu dicis, et quidem tuo sensu iudicioq; prudenter, quod est oīa peccata? Absit, quia Christus peccatū non fecit/nec est inuentus dolus in ore eius. Habitat ergo in Christo oīs plenitudo gratię & veritatis, de cuius plenitudine (vt ait Iohēs) nos oēs accepimus, Immo habitat in eo (vt hic docet Apo.) oīs plenitudo diuinitatis corpaliter. Et hanc Christi plenitudinē induūt per baptisma infantes, quomō igitur remanet in eis peccatum?

Esa. 53.

Ioh. i.

Gala. 3.

Item ait Apl's, per eū recōciliari oīa. Si oīa, cur tu aliquid remanere ais peccatū? Si Christus per sanguinē crucis oīa pacificat, cur tu in pueris non solum peccatū (quod vtiq; alienū est a pace Christi) sed & cōcupiscentię conflictū/carnisq; & spūs pugnā asseris? Si remanet in pueris post baptisma pctm̄, recte dicit̄ de eis, quod hic ait apl's, q; sint adhuc alienati & inimici sensu in opibus malis, At quō alienati, qui p baptisma ita sunt deo cōiuncti, vt Christū induerint: et tēplum sint spūs sancti? Quō itē inimici, qui sunt in Christo p baptisma recōciliati? Non ergo remanet in eis peccatū, quia peccatū separat a deo. Iuxta illud sapiētis. Peruersę cogitatōes sepant a deo. Et sup̄ ex Esaia diximus, Iniquitates diuidere inter deum & hoiem.

Sap. i.

Esa. 59.

Colo. i. Ait apl's. Nunc aūt recōciliauit vos in corpe carnis eius, p mortē/exhibere vos sanctos et imaculatos: & irrephensibiles corā ipso. Vides Luthere quantū deroges hoc impio dogmate tuo sanguini & morti Iesu Christi saluatoris nostri? Si remanet adhuc pctm̄, impfecte abluit sanguis Christi, Impfecte redimit a seruitute diaboli mors Christi. O impurū os & impudens nimiū, quod nō veret̄ inter Christianos hanc effutire impietatē. Si Christus per sanguinē crucis, qđ est preciū mundi

sufficientissimũ/oĩa pacificat, Si per mortẽ suã nos plene deo recõciliat, Si per baptismũ nos exhibet sanctos et ĩmaculatos, immo et irreꝑhensibiles coram ipso. Quõ potest, Impie Apostata, in pueris post baptisma remanere peccatum?

Ait deinde apl's. Sicut accepistis Iesum Christũ: in ipso ambulate/radicati et supędificati in ipso, & confirmati in fide. Si igit᷑ pueri in baptismo Chr̃m acceperũt, quippe quẽ induerũt in quo (rogo) ambulãt: si nõ ambulant in ipso? In quo n. alio ambulant? Quõ aũt ambulant in Christo/si remanet in eis pct̃m illud viuacissimũ? Nunquid ambulat in Christo is, in quo est Belial? Si radicati sunt in Christo, quõ remanet pct̃m Si supędificati sunt in Christo, cur tu lignũ, fęnum, & stipulã ędificas super innocẽtes? O miseros Hussitas: quoꝝ impietates tã barbaris asserunt᷑ & renouant᷑ denuo impietatibus alia super aliã, a nouo hoc eoꝝ patrone. Vere satis superq̃ decepti sunt antea ꝑ Syllogismos & inanes fallacias barbaroꝝ hoĩm Vuicleph et huss: secundũ elemẽta mundi, et nõ secundũ Christum. Nouus tñ eis nunc resurgit iste araneus/qui vanissimis mendacioꝝ et impietatũ telis, infirmas quidẽ et rudes ex plebe vulgari captat aĩas. Vtinã intelligerẽt indoctę plebes, q̃ vanis teneant᷑ ab hoc impostore ꝑstigijs, quibus hic per apl'm dicit᷑. videte, ne quis vos decipiat per philosophiã & inanẽ fallaciã.

Deinde, si repleti sunt et puuli per baptisma in Christo/dic quęso, quis erit ibi remanẽti locus pctõ? Si in Christo habitat oĩs plęnitudo diuinitatis corpaliter, q̃uõ remanet in ea plęnitudine pct̃m? Si pueros saluauit olim circũcisio, quanto nunc magis saluat (vt ait Petrus Apo.) eos baptismus? Nonne melior est circũcisio Christi, q̃ circũcisio manufacta? Pręterea/si consepulti sunt pueri Christo in baptismo, quale putas remãsisse pct̃m in sepulcro Christi? Item si resurrexerunt in illo, dic q̃so vnde resurrexerũt, nisi a peccato? Scriptũ est em̃. Non resurgunt impij in iudicio/neq̃ pctõres in consilio iustorum. Ideo per contrarium, resurgunt vtiq̃ pij & innocentes.

Colo. 2.

2. Cor. 6

1. Pet. 3.

ps. 1.

Vnde & antiquitus potissimū in vigilia pasce solēniter cele
bratū est baptisma, eo q̄ baptismus & mortē Christi designat
Ro. 6. & resurrectionē. Iuxta illud Ap̄li. In morte Christi baptiza
ti sumus, cōsepulti cū illo per baptismū in mortē: vt quō chri
stus surrexit a mortuis per gloriā patris, Ita et nos in nouitate
vitę ambulemus. Si em̄ cōplantati facti sumus silitudini mor
tis eius/simul & resurrectōis erimus. Hoc scientes, quia vetus
homo noster simul crucifixus est, vt destruat̄ corp⁹ peccati, vt
vltra nō seruiamus peccato. Qui em̄ mortuus est/iustificatus
est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus
qui simul & viuemus cū illo. Intelligis ista Luthere? Vbi ma
net nunc remanēs tuum peccatū? Ecce ambulant in nouitate
vitę baptizati, Vnde & Neophyti a gręcis dicunt̄, cōplantati
sunt similitudini mortis Christi, erunt & resurrectionis eius,
crucifixus est vetus homo: destructū corpus peccati, non serui-
unt peccato vlterius, mortui sunt peccato, iustificati a peccato,
Vbi ergo remanet in eis peccatū? Quis vnq̄ ita, vt tu facis,
Paulum conculcauit.

EX BASILIO MAGNO.

EX ista nimirum Pauli doctrina instituit sancta
Basi. m. mater ecclesia solennē baptismū in vigilia paschę,
in ser. de velut memoriale ac salutare sacramentū et mortis
bapti. et resurrectionis Christi. Vnde ait in exhortatiōe
ad baptismū B. Basilius. Tempus, inquit, aliud
alij oportunū negocio, Baptismo dies horaq; oīs accōmoda
Dies tn̄ Paschę congruentior, q̄ ea lux resurrectionis monu-
mentū quoddā existat. Baptismus namq; ad resurrectionem
facultas quędam Arraboq; est. Resurrectionis ergo gratiā in
eo die probe excipimus. Quāobrē ecclesia suos procul alta vo
ce conuocat alumnos. Et infra. Ad circūcisionē Iudęus minis
cōpellitur. Quoniā oīs anima, quæ die octauo non circūcide

tur/e pplo pelletur. Tu autẽ, circũcisionem non manufactam quę per baptismũ perficitur/differre quęris? Ipsum audi dominum, Amen dico vobis/nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, nõ ingredit̃ in regnum dei. Eoq̧ magis moueri debueras, q̄ ibi dolorẽ vultiusq̧ sentis, hic aię tantũ cordisq̧ vultius curat̃. Adoras p̧ te morientẽ/ patere et cũ eo per baptismũ cõtumulari. Si consortẽ te mortis eius nõ reddas, quõ resurrectionis socius eris?

Israel namq̧ olim in nube et Mose et mari baptizatus est, tibi nimirũ figuras/ & quandã insequentiũ tpm monstratę veritatis formã ostendens. Tum aũt baptismũ fugis, non in mari figuratũ, sed ĩ veritate & spũ perfectum, Nõ in Mosem conseruũ, sed in Christum creatorẽ, institutũ. Nisi n. Israel ma re trãsijsset/ numq̧ a Pharaone discessisset. Sic tu, nisi p̧ aquã transieris/ nequaq̧ a Diaboli tyrãnide liberaberis. Nec vnq̧ ille ex spiritali petra bibisset/ nisi ex figura baptizatus fuisset. Nec rursus aliquis, verã tibi potionẽ, nisi vere baptizatus, prebebit. Panem angelorũ ille post baptismũ accepit: Tu autem quõ viuentem mandere panẽ/ nisi sumpto prius hoc sacramento, putas? Quin & ille in terrã promissionis est ingressus. Tu autem/quõ in Paradisum, hoc carẽs, penetrabis? Nonne vides/ q̄ ligni viam gladius igneus custodit. Infidelibus quidem formidandus, credentibus vero propicius ac amene coruscans. Hunc inquam torqueri dominus iubet/ quando fidelem conspexerit/ ensis terga ostendit. Hoc vero Charactere sacro carentibus/ os aciemq̧ intentat. Helias n. currus equosq̧ igneos/ aduersus venientes, minime expauit. Verum itineris superni desyderio incensus, contra formidolosa est ausus, ac hilaris gaudensq̧ flammantes ascendit currus. Tu vero hæc portenta, minime visurus/ sed per aquam cantum & spiritum, in cęlum penetrare potens/ cunctaris: nec vocationi ob temperare maturas? Et infra.

Figure baptismi.

Gladius igneus. Gen. 3.

Currus Helię. 4. reg. 3.

Siquis Medicus cōmentis ac machinis quibusdā,te iuuenē e sene reddere se recipet,ad eam,pfecto diē omni studio venire curares:in qua ętati floridę te restituendū videres. At nunc,cū aīa tua, quā omī scelere cōtaminatā reddidisti/per baptismū renouari ac regerminari nunciet,tm̄ despicis beneficiū:nec vltro,pperas,aut id pollicenti fis obuiā:Num non tāti muneris rem mirā consyderas: Quō videlicet absq; matre regeneret homo,quō vetus ac vicijs tabidus: rursus in pubertatē ætatisq; flore recōcinnet.

quid baptismus

Baptismus igit redēptio est captiuorum, (flore recōcinnet. æris alieni remissio,peccati mors,aīę regeneratio,amictus splēdens, character indeprehensibilis,Ecclesię iter, regni cęlestis cōciliatio, adoptionis gratia.Et infra. Trade itaq; te Christo totum/da nomen tuū,adscribeq; ecclesię. Nam & miles legitimus Catalogo adscribit. Athleta nisi conscriptus nō pugnat Ciuis ac Tribulis in sua cōnumerat tribu. His tu omnibus debes,vt Christi miles,vt pietatis athleta ,vt cōuersatione ad ministrationeq; in cęlo habeas, In hoc libro presenti ac in altero supiore conscribi ac traduci merearis. Et in fine. Quāobrē tu,si sapis,inter hos:purgatus omni tabe, oīq; crimine absolutus/cōnumerari tota mente,totisq; viribus exopta.Hęc Basilius Cęsariensis Ep̄s, tantę quidē per totū orbē authoritas,vt ne heretici quidē doctrinā eius reiecerint. Est quidē tota illa orō q̄ elegantissima, sed hęc breuitatis gratia excerpe libuit.

Quāta argu. ex Basilio.

Ecce q̄ consone ad verba Apl̄i, dissone vero aduersus dogma tuū, loquit eloquentissimus iste sanctus. Baptismus, inquit, facultas quędā est & arrabo ad resurrectionē, baptismo gratiā resurrectiōis accipimus, baptismo aīę cordisq; vulnus non sentit (vt in circūcisione manufacta) sed curat/baptismo cōtumulamur cū Christo/consortes reddimur eius mortis,socijq; resurrectōis, baptismo liberamur a tyrannide Diaboli, baptismo bibimus de spiritali petra/quę Christus est:transimus mare peccatorum/submergimus mysticū Pharaonē cum omni exercitu eius. (Quēadmodū et B. Hieronymus, contra

Iouinianũ eleganter ait, dicens. Omnẽ pituitã noxię volupta tis excoximus, quibus in baptismate mortuus est Pharao, & vniuersus eius suffocatus est exercitus) Baptismo penetramus in Paradisum, pterimus ensem igneũ sine formidine, sacro cõ signamur Charactere, quẽ tu perfide negas & derides in tua Babylone. Baptismo renouat̃ ab oĩ scelere aĩa, absq; matre re generat̃ homo/vetus homo/vicijs tabidus, in pubertatẽ ætatisq; florẽ recõcinnat̃. Deniq; baptismo inscribimur libro vitę, Catalogo sanctorꝶ, militię Christi, reddimur Athletę pietatis, conuersationẽ administrationẽq; habemus in cęlo. Hier. cõ tra Ioui. lib. i.

Vide vir impie, q̃ pie loquat̃ de baptismo (quẽ tam impie pphanas) vir pius: eloquẽs & sanctus. Quod si hunc q̊q;, vt cę teros contẽnis, satis superq; manifesta est ipsius Apl'i sentẽtia. Ait em̃. Et vos, cum mortui essetis in delictis & pputio carnis vestrę/cõuiuificauit cũ illo, donans vobis oĩa delicta. Si oĩa, quõ aliquid remanet in puero: Nõne & adultis oĩa cõdonat quanto magis igit̃ puulis? Subiungit apl's. Delens/quod ad uersus nos erat, Chirographũ decreti. Si delet̃, quõ remanet in pueris? Si tulit ipsum de medio, cur tu remanere asseris? Si affixit cruci, cur tu remanere ais in innocẽtibus? Si expoliauit principatus, cur tu puulos per pctm̃ remanẽs in pristinã redigis sub principe mundi seruitutẽ? Si traduxit eos Christus, cur tu ipsos hoc impio dogmate velut dños reducis in pueros Deniq; si triumphauit eos Christus palam, cur tu eis nouum de paruulis post baptismũ erigis triumphum. Colo. 2.

Ex his, vtcunq; deductis, facile intelliges Luthere: si modo non sis penitus induratus/euersus, & excęcatus: q̃ntis ego tuũ cõuicerim argumẽtis infanticidiũ, Ex euãgelijs atq; epistolis Pauli, Proposuerã quidẽ circa initiũ/plęraq; ex sacris doctoribus, psertim ex Augustino: qui de puulorꝶ baptismo copiosissime simul & pientissime scripsit plurima: in mediũ adducere, sed ita excreuit inter scribendũ materia, vt iam iustus videatur liber, & is quidẽ ex solidissimis pcipue scripturis cõtextus,

cōtra vnum :idq; nudū & inerme, dogma tuū. Contra quod pugnat sane & ꝑlixus ille liber, quē de gratia sacramētoꝝ cō tra primū tuū articulū nuꝑ conscripsimus. Vnde supuacaneū videt, nunc plures adijcere rōes & scripturas/anteq; responderis ad istas, Quę si forte latius videant dispersę/ipsas tibi :muneris loco, in angustum redactas/per epilogum referam, si forte rediens ad cor, agas poenitentiā, agnoscas errorem/atq; ab impietate ista parricidali recedas. Certe/si vlla tibi superesset adhuc humanitatis rō, huic meo labori multū gratię deberes,

EPILOGVS PRO INNOCENtia Paruulorum.

RECORDARE igitur Luthere, quid feceris innocētibus puulis, quibus tñ & hostes publici & ferę syluestres/oīaq; iumenta & pecora, preter porcos, parcere solent. Negasti eis quæ Deus ipsis dedit & natura: & cōtra/tribuisti quę & deus negat & natura, Negas em̄ eis gratiā baptismi & vitę innocentiā :sed hanc eis dat natura, illam deus. Rursus tribuis eis peccatū actuale & libidinē : sed hanc in eis ignorat natura, illud deus. Non em̄ ita crudelis, vti tu est deus/non est personarū acceptor vt paruulos contēnat, non querit culpā actualē, vbi culpā ignorat ętas: non discutit conscientiā vbi nō est rōis vsus : nō īputat velut pctm̄ ꝓpriū, vbi nō est voluntatis arbitriū, nō retrahit in culpā, q̄d ꝑ baptismi gratiā dimisit

Catulis pullisq; ęquior ē Luth. q̄ pueris.

Tu vero ita contēnis et abijcis pueros, vt catulis pullisq; longe tolerabilior sit apud te condicio. Quā em̄ culpam tribuis bestiarū catulis? quā pullis auiū? Hi apud te sunt mundi, pueri aūt, licet sacro fonte mundati/sunt īmundi pctō post baptismū remanente. Nullam imputas catulis aut pullis libidinē, pueris aūt ascribis non solū libidinē sed oēs & aī passiones. In nullo deficiūt apud te catuli, pueris aūt vel naturalem defectū trahis in peccatū. Nihil nocet pullis infirmitas. At pueris ais esse culpā/quia adsit q̄ deesse debeat. Quis igitur non miseretur iniquissimā apud te sortem puerorum,

Etenim nefanda est impietas eorum, qui pueros exponunt, ne alant eos. At multo minus peccare videntur mihi illi quam tu, Tum quod necessitas paupertasve aut iminens periculum seu fame verecundia sic fieri cogat. Tum quod infantibus ita expositis, si baptizati sint/solum in corpore fiat iniuria: non & in anima. Adde quod & corporis periculum non sit adeo graue, existentibus vbique per vrbes Orphanotrophijs, in quibus eiusmodi pueri publicis educantur impensis. Vnde fieri potest, vt expositionis iniuria cedat pueris in beneficium/si melius enutriantur publica cura, quam alerentur priuatim vel a pauperculis parentibus, vel a scelestis: emētita post pauperium virginitate, matribus. Horum tu nihil, pro dogmatis tui excusatione allegare potes. Non enim vnum aut alterum (vt expositores faciunt) eijcis corpore puerum, sed omnes omnino pueros excludis & a gratia (quam negas) baptismi, & ab ingressu celi per remanens (quod fingis) peccatum: atque iniuriosissime/absque omni causa, ex mera petulantia/subijcis insontes & baptismate sanctificatos pueros: secundum carnem quidem libidini, secundum animam vero culpe actualique peccato: & quidem viuacissimo, quod remorentur etiam ab ingressu celi. Eiusmodi crudelissimarum impietatum nullam astruxerunt Amazones, nullam Progne aut Medea, nullam item Pharao aut Herodes. Non immerito igitur cunctis infanticidis, ex supius allegatis causis et collationibus, haberis hoc impio dogmate tuo crudelior. Minus peccant qui pueros exponunt quam luth.

EPILOGVS EX EVANGELIIS

AT non ita duriter tractauit paruulos Christus, sed tanta eos dignatione honestauit, vt ipsos Apostolis faceret exemplum humilitatis, vt formam recipiendi et assequendi regni dei, proponeret in paruulis, vt talium diceret esse regnum celorum, vt in eis & se & patrem suum recipi affirmaret, vt grauissimis minis prohiberet eos aut contemni aut scandalizari, vt Apostolos grauiter increparet, cum prohiberent paruulos venire ad se, vt venientes ad se pueros benignissime complectaretur/benediceret/manus eis imponeret, atque pro eis oraret, vt eorum comitatu delectaretur vel in deserto, vt ex pueri po- Quanti fecit paruulos christus. Mat. 18. Mar. 9. Luc. 9. Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18.

tiſſimũ panibus piſciculiſq; cibaret quinq; milia viroꝝ,vt gra
Mat.14 tiſſimas haberet laudes & acclamatões pueroꝝ, cũ intraret re
Ioh.6. gia gloria in ſanctã ciuitatẽ. Hęc tu nihilipendis oĩa vir euã
Mat.21. gelice,ſed ſanctificatos ſalutari lauacro puulos tam ĩmaniter
q̃ impie cõculcas ſil' cũ Chriſto/eoꝝ & patrono & ſaluatore.

EPILOGVS EX PAVLO.

SED neq; Paulus vſquã tam inhumanus atq; pdurus,vt tu/fuit baptizatis in Chriſto pueris, Affirmat eos in baptiſmo aſſequi donũ in gratia vnius
Ro.5. hoĩs Ieſu Chriſti,accipe abundantiã gratię et donationis et iuſticię,regnare in vita per vnũ Ieſum Chriſtũ, ſupabundare in eis gratiã/immo & regnare gratiã per iuſticiã in vitam æternam,mortuos eſſe ipſos peccato, conſepultos cum Chriſto per baptiſmũ in mortẽ,ambulare in nouitate vitę:viuere deo. Et hęc oĩa & multo plura teſtificaŧ in epł'a ad Ro.

Ad Corinthios vero in priori epł'a teſtaŧ eos baptiſmate ab
1.Cor.6 lutos, ſanctificatos, iuſtificatos:in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti & in ſpũ dei noſtri, eſſe mẽbra eoꝝ tẽplum ſpũs ſancti:emptos eſſe pcio magno, glorificare & portare deũ in corpe ſuo, expurgaſſe vetus fermentũ,eſſe nouã cõſperſionẽ,eſſe azymos in ſynceritate & veritate. In poſteriori vero epł'a ait/pro eis
2.Cor.5. mortuũ eſſe Chriſtũ.Proinde viuere eos,non ſibi:ſed Chriſto qui pro eis mortuus eſt, neminẽ noſſe ſecundũ carnẽ/eſſe nouas in Chriſto creaturas,vetera tranſijſſe, facta eſſe oĩa noua, recõciliatos eſſe deo per Chriſtũ, effectos iuſticiã dei in Chriſto,nullã eſſe in eis pticipationẽ iuſticię cum iniquitate,nullũ conſenſum eſſe tẽplo dei cũ Idolis, eos aũt eſſe templũ dei viui in quibus deus inhabitet atq; inambulet inter illos. O ſanctiſſima teſtimonia, a quibus procul, atq; adeo longiſſime, abeſt hoc parricidale dogma tuũ:quod pphaniſſime ſanctis dei ſacellis aſcribit peccatum,tanq; poſt ſanctam eorum dedicationem in baptiſmo celebratã, remanens.

Sed & ad Galatas ſcribens, humaniorẽ profert pro puulis

baptizatis doctrinā Apl's. Etenī ait eos esse filios dei oēs per fidē in Christo Iesu, esse Christi, esse semen Abrahę/secundū ꝓmissionē hęredes, misisse deū in corda eoꝝ spūm filij sui clamantem Abba pater, non esse iam seruos/sed filios & hęredes per deū, non ancillę sed liberę filios/liberos esse libertate Christi, absolutos a iugo seruitutis Diaboli/esse crucifixos mūdo & mundū illis, esse nouam creaturā in Christo. Vbi ergo in talibus manet remanens (quod fingis) peccatum? Gala. 3.

Similiter aūt & ad Ephesios pia scripsit pro baptizatis pueris testimonia Paulus. Nempe cū longe fuissent, factos esse prope in sanguine Christi, qui est pax nostra: soluens inimicicias in carne sua/nouo hoīe faciens pacē, interficiēs inimicicias in semetipso. Ideo non esse eos iam hospites et aduenas, sed ciues sanctoꝝ & domesticos dei, supęedificatos super fundamentū Aplōꝝ et ꝓphetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu In quo crescunt in templū sanctū in dño, & coędificent̄ in habitaculū dei in spū sancto, deponētes veterē hoīem qui corrūpitur secundū desyderia erroris: et renouatos spū mētis suę/induere nouū hoīem qui secundū deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis, Esse eos iam lucē: non amplius tenebras, ambulare vt filios lucis, habere fructū lucis in oī bonitate & iusticia & veritate, ꝓbantes quod sit bñplacitū deo, non cōicantes operibus infructuosis tenebrarū: esse deniq; sanctificatos & emundatos lauacro aquę in verbo vitę/non hn̄tes maculā aut rugā aut aliquid huiusmodi: sed esse sanctos & īmaculatos. Hęc cū ita sint Luthere, vides ꝙ impie cōculces in baptizatis pueris Paulū, per remanēs(q̄d & actuale & viuacissimū fingis)pctm̄. Ephe. 2.

Item ad Philippenses scribens, fatet̄ eos habere cōsolationē in Christo, solatiū charitatis, societatē spūs & hęc vtiq; per baptismū. Nihil agere per contentionē/nihil per inanē gloriā, non quę sua sunt consyderare, oīa facere sine murmuratōibus et hęsitatōibus/esse sine querela. Et hęc quidem non solū per baptismi gratiā sed et per naturalē innocen Philip. 2

tiam innocuę secundũ infantiã ętatis. Pręterea, esse simplices fi
lios dei: sine rep̃hensione in medio natõis p̃uę & p̱uersę, lucere
inter hoĩes sicut luminaria in mundo: continẽtes verbũ vitę.
Insup̱ habere eos non legis sed fidei iusticiã quę ex deo est, ad
cognoscendã virtutẽ resurrectõis et societatẽ passionis Chri-
sti/ configuratos esse morti eius vt occurrãt ad resurrectionẽ
quę est ex mortuis. Idq; totũ per gratiã baptismi, nõ p̱ naturã.
Quis igit̃ nisi demẽtissim⁹, dicat in talibus remanere pc̃tm̃?
Demũ. ad Colossenses haud dissilia scribit idem apl's, quę
Colo.i. baptizatis pueris p̃cipue congruũt. Quippe/quos non dubi-
tamus et digne ambulare per innocentiã ætatis, et deo per oĩa
placere ꝓpter gratiam baptismi, atq; dignos ita factos esse in
partẽ sortis sanctoꝶ in lumine/esse ereptos de potestate tene-
brarum/esse translatos in regnũ filij dilectionis dei, habẽtes
in eo redemptionẽ et remissionẽ peccatoꝶ, Quõ igit̃ remanet
in ijsce peccatũ? Item ait Christũ reconciliasse eos in carne sua
per mortem, vt exhibeat eos sanctos & immaculatos & irrepre
hensibiles coram ipso. Si sic, vbi remanet in eis peccatũ? Item
fatetur eos accepisse Iesum Christũ: ambulare in ipso/radica-
tos & sup̱edificatos esse in ipso: in quo inhabitat oĩs plęnitu
do diuinitatis corp̱aliter. Quomõ autẽ remanet cum tali plę-
nitudine peccatũ? Et quo nihil manifestius contra infanticí
dium tuum dici potest, addit Apostolus. Et vos, cum mortui
Colo.2. essetis in delictis & preputio carnis vestrę/cõuiuificauit cum
illo/donans vobis omnia delicta: delens quod aduersus vos
erat Chirographũ decreti/quod erat contrariũ vobis: & ip̃m
tulit de medio/affigens illud cruci, & expolians principatus/
et potestates traduxit confidenter: palam triũphans illos in se-
metipso. Profecto si ista te Luthere non mouerint, vt huic renũ
cies impietati tuę: nescio equidẽ, quid te moueat. Quid em̃
apertius contra eam dici possit? Non igitur nos, sed tu Chri
stum conculcas et Paulum in pueris baptizatis.

DE DOLORE INFANTIVM in sua natiuitate.

QVOD si certum iam tibi est/conculcatis (vt vidimus) Christo et Paulo, neq; scripturã neq; rationẽ authoritatẽve vllam prę oculis habere. Ipsam saltem naturã in durissima tua precordia parumper admitte, vt mitior fias pueris innocentibus. Consydera mihi primum, quo nascantur dolore infantes, nulli obnoxij tamen crimini, preterq̃ p̃uaricatõi primorꝝ parentũ. Nosti sane, quę fuerit dei in Euam sẽtẽtia. Multiplicabo (inquit) erumnas tuas & cõceptus tuos. In dolore paries filios. Quis aũt credat summi illius doloris pressurã in sola esse pturiente, non & redundare in partũ? Quid si maior sit dolor partus q̃ pturientis? premit̃ inter claustra matris duriora tenerrimũ illud infantis capitulũ pectusculũq;, quãto putas misellum angi dolore, priusq̃ firmiores illas angustias perrũpat? anteq̃ sibi viã per osseos portarũ vectes aperiat? At non clamat, non querit̃, non gemit. Sed tanto sane miserabilior, q̃ intra se clausum cogitur retinere dolorẽ/constrictus inter angustias, inuolutus & implicitus Secundinarũ illuuiosis retibus/quid clamaret ita cõpressus? dolorem patitur introrsum/quem non licet sic capto & clauso effundere neq; gemitu neq; vlla voce. Gen. 3.

Mater vero, etsi graui premitur in solutis compagibus dolore, minus tñ miserabilis videt̃ q̃ infans quẽ ędit. Tum quia licet ei clamare, eiulari, inuocare, opem petere, querulisq; vocibus dolorẽ effundere et cõicare astantibus. Tũ quia consolatõibus varijs potest leniri dolorẽ. Nã intueri põt in circũstantes: sibi pie condolentes, accipere solaciũ a marito, accõmodare se adiutricibus obstetricũ manibus, mouere & iuuare seipsam Et quod maximũ arbitror doloris lenimentum/cum peperit puerum, iam non meminit (vt ait in Euangelio dominus) pressurę/propter gaudium, quia natus est homo in mundũ. Infantulus vero, inclusus & immersus in illuuie Secundinarũ quę egrediunt̃ (vt ait scriptura) de medio fœminũ parientis, nihil consolatõis habet, in grauissimis illis natiuitatis sue an- Miserabilior mr̃e pt' Ioh. 16. Deut. 28

gustijs cōprehensus, ꝗ primū vero, carpit huius lucis auras/ eleuatus atq̧ liberatus ab onere matris, quid q̄so facit aliud nisi ꝙ dolorē suum tenero ęgroq̧ vagitu prodit. Prodidisset & inclusus/si spirando licuisset ędere vocem.

DE MISERIA PARVVLORVM recens natorum.

VNDE ait per cōmiserationē Plinius. Hoīem tm̄ nudū et in nuda humo/natali die abijcit natura, ad vagitus statim & ploratū nullūq̧ tot aīalium aliud ad lachrymas,& has ꝓtinus vitę principio. At Hercule risus p̄cox illi et celerrimus/ante quadragesimū diē nulli dat̄. Ab hoc lucis rudimēto,quod ne feras quidē inter nos genitas vincula excipiūt,& oīm mēbroꝝ nexus/atq̧ infœliciter natū iacet manibus pedibusq̧ deuinctis flens. Animal cęteris impa turū/& a supplicijs vitam auspicat̄,vnam tm̄ ob culpā:quia natū est. Hęc Ethnicus ille doctissimus, qui tn̄ ob ignorantiā literarū:non potuit cognoscere culpam originalem in pueris, quā Paulus per vnū hoīem intrasse ait in mundū, et mortem per eam/& ita in oēs hoīes mors ꝑtransijt:in quo oēs peccaue runt. Ob hāc sane culpā a supplicijs vitā auspicat̄ hō:non q̄a nascit̄ (vt ait Plinius)sed quia nascit̄ in carne pc̄ti cū culpa ori (ginali.

Plin. in naturali hist. li. 7. cap. i.

Ro. 5.

Sed non tā rep̄hendendus est ꝗ miserādus ex hac culpa infantulus/qm̄ non sua sed Adę p̄uaricatiōe culpā illā cōtrahit/nec ꝓprij sed alieni excessus reatu tenet̄, pœnāq̧ luit. Vnde & B. Cyprianus suis cū collegis/in fauorē infantiū:ita rescripserūt ex Concilio ad Fidū epm. Si & grauissimis delictoribus et in deum multū ante peccantibus:cum postea credi derint/remissa peccatoꝝ datur, & a baptismo atq̧ gratia nemo ꝓhibet̄:quāto magis ꝓhiberi non debet infans, qui recēs natus nil peccauit/nisi quod secundū Adam carnaliter natus contagiū mortis antiquę prima natiuitate cōtraxit? Qui ad remissam peccatoꝝ accipiendā:hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata.

Cyp. in eplis li. 3 epi. 8.

Sed ne quis hinc deū, tanꝗ aliena peccata punientē: crudelitatis arguat, notandū est/ & illā Adę p̄uaricationē cuilibet hoīm velut suā imputari posse, quia tunc seminaliter totū genus humanū erat in primis pn̄tibus. Ideo dicit̄ a plerisqꝫ hoc pc̄tm̄ naturę. Reliqua aūt, quę ꝓpria voluntate cōmittimus/ dicunt̄ ꝑsonalia. Hoc aūt non vnā solummō ꝑsonā/sed totū infecit genus humanū: ideo & singulis imputat̄. Attn̄ reatus eius abluitur in baptismo, poena vero morte tandem finitur.

DE POENA ORIGINALIS PECCATI.

ETENIM inde ꝓpagat̄ (vt scribit Senator Cassiodorus) interitus/inde humani generis nutrita defectio, inde ignorantia rōi cōtraria/inde noxię curę/inde poenitenda consilia, inde obscurata cognitio, turpe desyderiū, iusticię neglectus, inde mille criminū lapsus: & plura nobis cum pecoribus cōia, quę diuinitas fecerat esse discreta. Prēnūciat nubis discessio serenitatis aduentū: futuras tēpestates, ventoꝝ cōmotione dinoscimus, venturā seculis vbertatē tempoꝝ rōne colligimus, lęticiā nobis interdum ignari: animi p̄sagitione ꝓmittimus. Sed quid tale ignorare potuisset aīa: si eius fuisset dignitas custodita? Depressa est iuste ad ignorantiā quę scire voluit cōtumaciter vetita. Modo enim signis aut cōiecturis sapit aliqua, quę sine labore nosse potuit vniuersa. Hæc de anima Cassiodorus. Cassio. i li. de aīa cap. 8.

Vides Luthere, ꝙ m̄lta mala venerūt ex prima transgressione ꝓthoplasti, Sed erras plurimū tu, qui culpę & poenę mala confundis, cum sint longe diuersa, vna est culpa: poena multiplex. Deletur in baptismo culpa/remanet poena. Culpa dimittitur ꝑuulis in regeneratōis lauacro, poena sequit̄ & adultos. Vnde maxīe miserabiles sunt pueri añ baptismū, qn̄ inest eis & culpa & poena, ex aliena transgressione, qn̄ sunt oppressi nō solū ignorātia et infirmitate: sed & seruitute Diaboli, qn̄ non solum dolore languēt & ęgritudine corporis/sed & culpę subiectā hn̄t aīaꝫ, qn̄ corpus imbecillū pannis, aīa reatu inuoluit. Miseri ꝑuuli añ baptis.

quando recens natū non ſolum vincula et oīm membroꝝ (vti Plinius ait) nexus excipiunt/ſed & aīa peccatoꝝ funibus cōſtringitur & infans, cui adhuc neq̨ rōis neq̨ voluntatis vllus eſt vſus, naſcitur filius irę/ſeruus Diaboli/reus Gehennę. In hanc miſerandiſſimam ſortem retrudis tu crudeliter & baptizatum. Cum ſatis ſuperq̨ adhuc miſerabilis ſit ex pœna, quę poſt baptiſmum quoq̨ remanet.

DE DIFFICVLTATE PARTVS.

PROFECTO ſi ad corpus reſpicias, ecce iacet nudus: ligatus & manus & pedes ęger dolore & infirmitate ex recēti partu. Quāmulti n. intereunt vel intra clauſtroꝝ anguſtias, vel ſuperatis illis difficultatibus in lucē iam ęditi? Intereunt non raro ſimul mater & infans/pariens cum partu. Sępius aūt interit infans, matrē ex eo partu ſuperſtite. Rarius vero euenit, vt proles ſupviuat, moriente in partu matre. In ſcripturis quidē vna mihi nunc occurrit Rachel, quę mortua eſt dum pareret Beniamin. Qua de re ita ſcriptum eſt in Geneſi. Cum parturiret Rachel/ob difficultatē partus periclitari cœpit, Dixitq̨ ei obſtetrix. Noli timere, quia et hunc habebis filium. Egrediēte autem anima prę dolore: et imminente iam morte/vocauit nomen filij ſui Bennoni, Id eſt/filius doloris mei, Pater vero appellauit eum Beniamin, Id eſt filius dextrę. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Effratam, Hęc eſt Bethlehem. Hæc Moſes. Cęterum interpretationes horum nominū Bennoni & Beniamin non ſunt de textu/additę autem ſunt ab interprete latino. Vnde & hinc cōmendatur lingua Hebraica, ex ſua breuitate. Nam hęc vox בן אוני Bennōi, tria requirit nomina in gręca aut latina interpretatōe. Et hoc vocabulum בנימין Beniamin ſolum duobus nominibus interp̄tatur, ſcilicet filius dextrę. Non ſic. filius dextrę meę/quia non adijcitur in Hebraico pronominis nota, ſicut in ſuperiori vocabulo. Sed hæc extra propoſitum.

Rachel obijt in partu. Gen. 35

Plinius aũt tria ponit exempla dicens. In pedes procedere nascentem: contra naturam est. Ex quo argumento eos appellauere Agrippas, vt ægre partus. Ritu naturę, capite hominẽ gigni mos est/pedibus efferri. Auspicatius enecta matre gignuntur. Sicut Scipio Aphricanus prior natus. Primusq; Cęsar/a cęso matris vtero dictus. Qua de causa & Cæsones appellati. Simili modo natus & Manlius/qui Carthaginẽ cum exercitu intrauit. Sed longius digredior. Hoc tantũ dixerim puerum recens æditum corpore imbecilliorem esse q̄ quodcunq; alterius generis animal, idq; patitur ex poena primę preuaricationis Adę, Quæ si non precessisset, procul esset a puero eiusmodi & dolor & imbecillitas. Miserabilis proinde videtur, qui sic aliena transgressione punitur. Vnde Plinius nesciens hanc Adę preuaricationẽ, videns autem tantam nascentis hominis imbecillitatẽ, nequit satis ęstimare, parens melior homini/an tristior nouerca sit natura. Quando em̃ homini incessus? q̃ñ vox? q̃ñ firmũ cibis os? quamdiu palpitans vertex, summę inter cuncta aĩalia imbecillitatis indicium. Cętera sentire naturam suam, alia pernicitatẽ vsurpare, alia prepetes volatus, alia vires, alia nare. Hominẽ scire nihil sine doctrina. Non fari/non ingredi/non vesci, breuiterq; non aliud naturę sponte q̄ flere. Itaq; multi extitere, qui non nasci optimum censerent: aut q̄ ocyssime aboleri.

Pli.li.7. ca.8 et.9

Pli.li.7. cap. i.

Hęc gentiliter Plinius: qui presentẽ solummõ vitam considerans, de vita venturi sęculi nihil intellexit, neq; credidit vitam æternam, Quin immo & contra philosophiam negauit immortalitatẽ animarũ, atq; sepulturę curam derisit simul cum carnis resurrectione. Sed miser Ethnicus, quia neq; Christi doctrina imbutus, neq; eius gratia illuminatus fuit, mansit in his erroꝝ tenebris: qui si Paulum vel in vno ad Corin. capite aut legisset aut intellexisset, mutasset, pcul dubio sententiã. Si aũt nõ esset resurrectio mortuoꝝ in vitã ęternã, vtiq; melius eẽt nõ nasci, q̄ sic nasci tm̃ ad penas et miserias huius vitę.

Error grauissimus pli.

i.Cor.15

Vnde ait Eccl'astes. Si genuerit quispiā centū liberos: et vixerit
Eccle. 6. m'ltos annos et plures dies ętatis habuerit: & aīa illius nō vtat
bonis substantię suę/sepulturaq̧ careat. De hoc ego ꝓnuncio,
ꝙ melior illo sit abortiuus. frustra n. venit & ꝑgit ad tenebras,
& obliuiōe delebit nomē eius. Et Apl's. Si in hac inquit, vita
i. Cor. 5. tm̄ in chr̄o sperātes sumus, miserabiliores sum⁹ oībus hoībus.
Si oīno mortui non resurgūt, vt quid & baptizant pro illis?
Vt quid et nos ꝑiclitamur oī hora? Si secundū hoīem ad besti
as pugnaui Ephesi, quid mihi ꝓdest: si non resurgūt mortui?
Iob. 13. Item Iob, Homo, inquit, natus de muliere/breui viuens tpe
replet multis miserijs, quę ꝓcul dubio nō essent: si ꝑmansisset
Ps. 48. in sua Adā innocētia. De q̄ ait Psal. Hō cū in honore esset nō
intellexit, cōpatus est iumētis insipiētibus et sil's factus ē illis.

MAXIME MISERABILES PARVVLI & omnium ignari.

QVIS igitur non misereat̄ ꝑuuli, qui ꝓprię ignarus culpę: ꝓpter alienā ꝑuaricationē in huiusmodi pœnas et miserias nascitur, tanta quidē carnis infirmitate, vt nec lingua nec pedibus, ne manibus quidē vti valeat.
Vnde ait B. Augustinus in primo libro ad Marcellinū. In pe
Aug. de coribus pulli, q̄uis sint ꝑuuli: tn̄ & minutissimi et currunt et
pctōrū matres agnoscunt, nec sugendis vberibus cura et ope admouē
meritis tur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito po
li. i. c. 38 sita/mirabili facilitate nouerūt. Contra, hoī nato nec ad incessum pedes idonei, nec manus saltē ad scalpendū habiles, & nisi opere nutrientis immotis labris papilla vberis ingeratur nec vbi sint sentiunt, & iuxta se iacentibus mammis magis possint esurientes flere q̄ sugere.

Et paulo supius. Illam, inquit, recentiū natoꝝ ꝓfundissi
Idē. c. 36 mā ignorantiā videamus/ex qua ad istam non ꝑmansurā: bal
Pulchra butientē fatuitatē: tanq̄ ad scientiā locutioneq̧ tendētes ꝓfi
q̄stio B. ciendo venerunt. Illas inq̄ cōsyderemus tenebras mentis vtiq̧
Augu. rōnalis, in quibus & deum ꝓrsus ignorant, cuius sacramētis

& cum baptizant obsistunt. In has quero vñ & qñ submersi sint. Ita ne vero eas hic contraxerũt: & in hac vita sua iã ꝑpria per nimiã negligentiã obliti sunt deũ: prudentes vero & religiosi vixerũt vel in vteris matrũ? Dicant ista qui ausi fuerint, audiant qui voluerint, credant qui potuerint. Ego aũt puto, ꝙ oẽs/quorũ mentes non obnubilat defendendę suę sententię puicatia, hęc sentire non possunt. In illas igit͛ ignorantię densissimas tenebras, vbi aĩa infantis, recentis ab vtero: vtiq; aĩa hoĩs, vtiq; aĩa rõnalis: non solũ indocta/verũ & indocilis iacet, quare aut qñ aut vnde cõtrusa est: si naturę est hoĩs sic incipere/et non iã viciosa est ista natura. Cur non talis creatus est Adam? Cur ille capax ꝓcepti, et valẽs vxori et oĩbus aĩalibus noĩa imponere? Nam et de illa dixit. Hæc vocabit͛ mulier. Et quodcũq; vocauit Adam aĩam viuã/hoc est nomen eius. Iste aũt nesciens vbi sit, quid sit, a quo creatus, a quibus genitus sit, iam reus delicti, necdũ capax precepti, tam ꝓfunda ignorantię caligine inuolutus & pressus, vt neq; tanq; de somno excitari possit, vt hęc saltẽ demonstrata cognoscat: sed expectetur tẽpus, quo hanc nescio quã: velut ebrietatẽ, non per vnam noctẽ, sicut quelibet grauissima solet/sed per aliquot menses atq; annos paulatim digerat. Quod donec fiat/tã multa quę in maioribus punimus, toleramus in ꝑuulis, vt numerari oĩno non possint. Hoc tam magnũ ignorantię atq; infirmitatis malũ, si in hac vita iam nati ꝑuuli contraxerũt, vbi, qñ, quõ, magna aliqua impietate cõmissa/repente tãtis tenebris inuoluti sunt? Dicet aliquis. Si hęc natura pura nõ est sed viciosa primordia, quia talis non est creatus Adam. Cur Christus longe excellentior & certe sine vllo peccato natus ex virgine/in hac tamen infirmitate atq; ætate procreatus apparuit? Huic ꝓpositioni respondemus. Adam ꝓpterea non talem creatum, quia nullius parẽtis pręcedente peccato: non est creatus in carne peccati. Nos ideo tales, quia illius pręcedente peccato/nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia vt de peccato

Gen. 2.

Ro. 8.

condemnaret peccatum/natus est in similitudine carnis peccati. Hæc ad longum beatus Augustinus.

NON PECCARE PARVVLOS.

TIBI vero Luthere, qui Augustinianũ te dicis, parũ videtur: in paruulis & post baptismũ ex alieno peccato tantas remanere pœnas, vt aĩa crassissimis obnubilata ignorãtię tenebris, nec rõis nec voluntatis, neq; & memorię vllum habeat vsum, Corpus vero/& mẽbrorũ officijs inualidũ, et siti/fanti, frigori oĩq; piculorũ morborũq;: & quidẽ infinitorũ generi obnoxiũ/omnibus aĩantiũ catulis pullisq; sit imbecillius. Hęc inq̃ tibi videnť parua. Ideo dicis remanere & peccatũ in puero post baptismũ/idq; actuale, irrequietũ & viuacissimũ, cum culpa, cum defectu/cum libidine et alijs animi passionibus. O crudelitas crudelitatum. Quid hic dicã tandẽ aliud, nisi quod Augustinus ait ad Marcellinum eundem, in hęc sane verba. An vero & hoc quęsituri/et de hoc disputaturi/& tempus ad hoc impensuri sumus, vt probemus atq; doceamus: quomõ per propriã voluntatẽ/ sine qua nullum vitæ proprię potest esse peccatum, nihil mali cõmiserint infantes, qui propter hoc vocantur ab omnibus innocentes? Nonne tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerum ignorantia: tam nulla omnino pcepti capacitas, nullus vel naturalis vel conscriptę legis sensus aut motus, nullus in alterutrã partem rõis vsus/hoc multo testatiore silentio q̃ sermo noster pclamat atq; indicat? Valeat aliquid ad seipsam persuadendã ipsa euidentia. Nã nusquã sic non inuenio quid dicã q̃ vbi res de qua diciť/manifestior est q̃ oẽ quod diciť.

Aug. de pctõrũ me. et re. li. i. ca. 35

Vellem tamẽ, inquit, quisquis hoc sapit diceret: quod peccatum viderit vel putarit infantis/recentis ab vtero, Si forte: quod plorat tędioq; est maioribus, mirũ si hoc iniquitati: nõ infœlicitati potius deputandũ est. An quod ab ipso fletu, nulla sua ratione/nulla cuiusquã prohibitione compescitur? At hoc ignorantię est: in qua pfundissima iacet. Qua & matrem,

cum post exiguū tempus valuerit/pcutit iratus: & sepe ipsas & māmas/quas dum esurit exugit. Hec non modo ferentur, verum & diliguntur in paruulis. Et hoc/quo affectu nisi car nali? quo & risus iocusq; delectat acutorum quoq; hominū/ ipsa quasi absurditate conditus. Quo fit, vt conuicia paruulo rum, & in parētes, non solum iniuriosa non sint, verum & gra ta atq; iocunda sint. Verum hec eorꝝ sunt paruuloꝝ/qui iam in verba prorūpunt: et animi sui motus qualibuscunq; lingue signis promptitare iam possunt. Illam potius recens natorum profundissimā ignorantiā videamus &c. vti supra allegaui-mus. Ecce Augustinus ait, rem ipsam euidentiorē esse, scilicet paruulos non habere peccatū actuale, ꝙ omne quod dicitur. Et tñ ad hoc pristinū & tua & tuoꝝ pertinax impietas me & fastidientē & inuitū cōpellit, vt ea que vel Catholica fide cer-tissima sunt, vel rei ipsius euidentia per sese notissima, scriptu ris et rōibus cogar cōprobare: et cōtra eos disputare, qui & fi-dei & nature principia destruunt negantq; petulantissime.

PERORATIO PRO INFANTIBVS.

VT igitur epilogū hunc longiori ꝙ putabā/appen-dice adauctū, tandem concludā, rogo te Luthere, si certum est tibi/non resilire ab hac impia tua in pueros crudelitate, vt vel has meas qualescunq; ob iectiones dissoluas, vel articulū tuū vllis aut scripturis aut ra tionibus pmunias, ne sua nuditate absurdissima diutius pro-stet, cum tibi ad ludibrium apud eruditos/tum religioni no-stre ad opprobrium apud impios & infideles quoscunq;. Me mento horum saltem verborum Dei. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitati-bus vestris. Et Psalmographi, Lauabis me: & super niuem de albabor. Item Christi dicentis. Qui mundus est non indiget nisi vt pedes lauet/sed est mundus totus. Pauli deniq;, qñ dicit. Conuiuificauit vos cum illo, donans vobis oīa delicta delens q̄d aduersus nos erat Chirographū decreti, quod erat

Ezec. 36
ps. 50.
Ioh. 13.
Colo. 2.

contrariũ nobis/& ipm tulit de medio affigẽs illud cruci. Et
i.Ioh.2 noli perpetuo incredulus esse, ne cogamur cũ Iohãne aplo dice
re. Nunc Antichristi multi facti sunt, vñ scimus: quia nouissi
ma hora est. Ex nobis ꝓdierunt/sed non erãt ex nobis. Nam
si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum.

Certe non potes Antichristus nõ esse, q̃diu Christũ ita in
Gala. 3. puulis cõculcas, quẽ induerũt in baptismo: & hunc plenũ gra
Ioh. i. tia & veritate, vtpote eum in quo inhabitat oĩs plenitudo di
Colo. 2. uinitatis corpaliter, & pueri per baptismũ repleti sunt in illo.
Quis igit̃ locus in ijs super esse potest sic repletis, remanẽti (vt
tu ais) post baptismũ peccato? falleris, ꝑfecto plurimũ/si pu
tas nõ aliter tolli baptismo peccata: q̃ rasura capillos aut bar
bã, vbi salua radice recrescunt crines. Non ita fit in baptismo
quia oĩs culpa radicitus euacuat̃ & tollitur penitus, non sane
extra in cortice corpis: sed intus in medulla aĩe, fit eiusmodi cu
ratio. Quid eñ aliud est, repleri in illo qui plenus est gratia et
veritate, q̃ intus per peccatoꝝ ablutionẽ expurgari, grã spũs
sancti inungi, atq; oĩ sublata iniquitate iustificari atq; in tẽ
Io. chry. plum dei sanctificari? Non eñ extrinsecus in corpe: sed intrin
sup Ioh. secus in aĩa radicẽ habet (vt ait sup Iohannẽ Chrysostomus)
hom. i3. et fontẽ eiusmodi sanctificatio, nec fit sine grandi (vti disertissi
me ad Donatũ ex ꝓprio in seipso facto, experimẽto describit
Cyp. in B. Cyprianus) mutatione, qñ exuit̃ vetus homo/induiturq;
eplis li. 2 nouus: & fiunt omnia noua. Vt sit agnoscere, terrenum fuisse,
epi. 2. quod prius carnaliter natum/delictis obnoxiũ vixisset. Sed
Dei esse cœpisse/quod iam spiritus sanctus animaret.

Ps. i5. Vnde dicit per Psalmistã dñs. Nec memor ero noĩm illoꝝ
Aug. de per labia mea. Hic Augustinus, tanq; inquit, innouatoꝝ. Nã
pctõꝝ noĩa eoꝝ erant prius filij carnis, filij seculi, filij irę/filij diabo
me. et re. li/filij noctis, filij tenebrarũ, immundi/peccatores/impij. Po
li. i. c. 27 stea aũt suscepto baptismo, dicunt̃ heredes dei, coheredes Chri
Ro. 8. sti, filij adoptõis, filij dei, filij diei, filij lucis, abluti, sanctificati
i. Cor. 6. et iustificati. Qm̃ ibi fiunt oĩa noua, nouus hõ, noua creatura

nouũ nomẽ/nouũ canticũ/nouũ testiũ. Quid mirũ? quia & noua natiuitas, q̃ sic oĩa renouat, qñquidẽ est mors criminũ (vt verbis loquar Cypriani) & vita virtutũ. Vbi non est masculus (vt ait Paulus) & fœmina. Gentilis et Iudęus. Barbarus et Scytha, seruus et liber: sed oĩa et in omnibus Christus. 2. Cor. 5. Gala. 6. Colo. 3.

Quod si hęc recte dicunt̃ & de adultis in Christo baptizatis. Quãto magis de p̱uulis, quib⁹ & ętatis cõpetit innocẽtia? Adultis sane plurimũ difficultatis et impedimẽti afferũt Diabolus, mundus, caro, aĩ passiones. Paruuli aũt ista nequaq̃ ita sentiunt, nisi q̄ a diaboli malignitate nulla satis tuta est ętas. Cęterũ ab oĩbus (vt ait Chrysostom⁹) passionibus liberi sunt. Illa eñ ętas/oĩ arrogãtia/oĩ glorię inanis furore, oĩ liuoris insania, oĩ contentõis cupiditate/cęterisq̃ huiusmodi immunis est. Cunq̃ p̃cipuis muniat̃ virtutibus: simplicitatis scʒ & humilitatis, de nulla istarũ sup̱bit/atq̃ ita duplici philosophia ornat̃, nam et hęc bona possidet/et nihil sibi p̃ter hęc arrogat. His de causis, p̱uulũ magnis illis ecclesię verticibus. Apostolis/in medio statuit Christus, vti supra dictũ est. Noli igitur Luthere p̱tinacius asserere: crudeli impietate de pueris, in Christo baptizatis, quod nec de adultis dicere possis. Io. chry. sup mat hom. 59

Reliquũ est Luthere, vt ad ea nunc respondeamus, quę ad hunc secundũ articulũ tuũ adiecisti, In quibus certe nimiũ videris eruditis ridiculus, q̄ tantã argumẽtationũ farraginẽ ad eum ordinasti articulũ, cuius nulla penitus in tota farragine fit mẽtio. De pueris eñ loquit̃ articulus, de adultis vero farrago. Sed admodũ est molestũ mihi/in huiuscemodi contentõibus dep̱dere tẽpus. Ne igit̃ diutius hic hęreã, obiectõibus tuis sigillatiʒ oĩbus q̃ breuissime potero rñdebo, q̃ntũ de⁹ dederit.

ASSER. SECVNDI ARTI. M. LVTHERI.

Paulus Ro. 7. dicit, Concupiscentiã nesciebã esse pctm̃, nisi lex diceret. Non cõcupisces. Hic sine dubio claret, concupiscentiam esse pctm̃, at quis est hoĩm: qui cõcupiscentiã non sentit postq̃ adoleuerit, quãuis baptizatus: cũ hic Apl's sanctissim⁹ I

nedũ baptizatus: suam cõcupiscentiã accuset? Vnde ergo hoc pctm̃ / nisi ex natiuitate carnis: etiã post baptismũ remanens?

Atq; ne quis putet Aplm in ꝑsona alioꝝ loqui, Gal. 5. ad
II eos qui spũ viuebant, generali sentẽtia dicit. Si spũ viuimus, spũ & ambulemus. Quid erat necesse mandare, vt spũ ambulent: qui spũ viuunt, si nõ supest pctm̃ carnis, quod crucifigãt Deniq; dicit. ca. 5. Caro cõcupiscit aduersus spũm, & spũs aduersus carnẽ. Hęc em̃ sibi inuicẽ aduersant̃, vt non quęcunq; vultis, illa faciatis. Quę aũt potest esse cõcupiscentia spũs: nisi charitas? vt & Augu. sępius interp̃tatur. Vbi aũt charitas nisi in baptizatis? Et tñ in his pugnant vtraq; concupiscentia.

Et quę esset Aplicæ doctrinę vis & autoritas, si non genera
III liter ad oẽs hoĩes ꝑtineret? Non enĩ absolute dicere debuisset, spũm & carnẽ sibi pugnare: sed aliquoꝝ spũm et carnẽ scilicet maloꝝ. Nunc aũt ꝓrsus de omnibus Christianis dicit. Quicunq; aũt sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs suis, quod quõ potest aliter intelligi, q̃ illud Ro. 6. Non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentijs eius? Cur ꝓhibet obedire cõcupiscentijs corporis / si non sunt in corpore baptizati? Cur regnare vetat, si nullum adest peccatũ? Nisi quod vere in omnibus peccatũ est & cõcupiscentia: sed non debet regnare, nec nos ei obedire seu consentire: sed cõtra pugnare, crucifigere & mortificare. Sicut Geñ. 3. idem bellum spũs & carnis describit̃. Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & inter semen tuum & semen illius, ipsa conteret caput tuũ, et tu insidiaberis calcaneo illius.

IIII Rursus Ro. 7. Condelector legi dei secundũ interiorẽ hominẽ, video aũt aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meę, & captiuantẽ me in legem peccati. Hoc non dici in persona maloꝝ, sed in persona sua & oĩm sanctorum filiorum dei, ex eo patet ꝙ condelectari legi dei secundum interiorem hoĩem impossibile est homini extra gratiã constituto, qui potius odit legẽ dei. Quia ca. 3. generali sentẽtia de omnibus

filijs hoĩm dixerat. Non est iustus, non est intelligens, non est requirens deum oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. At qui delectatur in lege dei secũdum interiorẽ hoĩem: certe iustus est, intelligit, requirit deum & facit bonũ, nec declinat a deo, cum delectari in lege non sit nisi amantis & desiderantis legem.

Et in fine (ait) igitᷣ ego ipse mente seruio legi dei, carne aũt legi peccati. Si n. hoc non in sua persona sed impiorꝝ dixit, da V
bimus: malos esse seruos dei, secundũ nobiliorẽ partẽ sui scilicet mentẽ. Nam seruire legi dei est obedire, in oẽs eius voluntates ire et subditũ esse deo, q̃d impijssimũ est sentire de impijs, quorꝝ cor et mens penitus declinat a deo, et potius carne et externa specie pietatis ei seruiũt, sicut de hypocritꝭ dicit. i. Tim. 4. & psal. 77. Cor aũt eorũ non erat rectum cum eo, neq; fideles habiti sunt in testamento dei. Et iterũ. Generatio quę non direxit cor suum, nec est creditus cum deo spiritus eius.

Quiduis aũt tribui impijs patior. Cor rectum & spũm fidelem legis amantẽ, plane scriptura tota: non nisi sanctis tribui cogit. Non eñ dicit, video legẽ dei in interiore hoĩe: sicut de lege peccati dicit, video aliam legẽ in membris meis. Vidit enim & odio habuit / licet carere non possit, tñ fortiter contra pugnauit. At hic dicit. Condelector legi dei, quod est magis q̃ȝ vidisse & amasse legem, quod procul dubio includit, cor esse rectum seu spũm fidelem & vere pium: quod nõ nisi de seipso & similibus sanctis intellectũ voluit, quare nisi impijs volumus tribuere oĩa: quæ sanctorꝝ sunt, hunc locum negabimus ab Apostolo in aliorum impiorum persona dictum. VI

Fateor, si ꝑtinaciã suam nolit quispiã deponere, ꝑdurabit, nec his flectetᷣ. Et q̃d mirũ? cum nec Christus oĩbus potuerit sua ꝑsuadere. Hęc doctrina, quia sacra et diuina est, vult vt positis ꝓprię sentẽtię et opinionis studijs: dociles et ductiles sint tã auditores q̃ȝ tractatores, vt dicitᷣ. Audi filia & vide & inclina aurẽ tuã, nullus cõtentiosus aut ꝑuicax huc intrabit? imo VII
ps. 44.

inquã vnq̃ sententiã quantũuis manifestã veritatis,cõtentiosus & pticax,induci potuit? Perpendat aũt quiuis hęc sedato & libero aĩo, seseq̃ docilem prebeat deo,et sine dubio erudiet & suauissima veritate capietur. Quę postulo eo iustius,quod hæc nostra sententia verbis his diuinis tradit. Aduersaria vero verbis hoĩm humanaq̃ opinione & nostro sensu tm̃ affertur, absq̃ autoritate scripturę diuinæ,atq̃ hoc ipso suspecta, cum quod sacris literis vel vtcunq̃ ꝓbari non potest, approbari tutum non sit. Facile quidẽ est damnare alienas sententias, sed multo facilius sibi tẽperata damnando,qui ptentarit:q̃ difficile sit improbare & confutare,quod damnare pręsumit.

VIII Quanq̃ ego vehementer admiror hanc sententiã non esse oĩbus notissimã, nedũ sperassem vlli videri damnãdam, quã scimus oĩm sanctoꝝ, per tot secula cõfessione probatã. Quid enĩ in vita oĩm sanctoꝝ legimus,q̃ labores,vigilias,ieiunia, orationes:quibus velut machinis spũalibus, pugnauerũt aduersus carnẽ & cõcupiscentias corporis suis proprijs? Quis eoꝝ nõ gemit? nõ accusat? nõ laborat? in carne sua & cõcupiscentijs suis? Cũ ergo in his oĩbus videamus istas autoritates. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spũs aduersus carnẽ. Et cõdelector legi dei secundũ interiorẽ hoĩem, video aũt aliã legẽ in mẽbris meis &c. Quę causa est,vt hęc Aplm velim⁹ nõ in sua sed ĩpioꝝ psona dicere, q̃ in psonis pijssimoꝝ videmus viua/

IX Aut qñ vidim⁹ impiũ,qui hac mole/ (cissimis studijs geri. stissima pugna:aduersus carnẽ suã militet, cõdelectet legi dei secundũ interiorẽ hoĩem? pioꝝ ista sunt sum̃a & laboriosissima certaĩna,& nos ea tribuemus impijs,in cõcupiscentiã libere & sponte ruentibus imo furẽtibus? Quoties rogo S. Hieronymus de incendijs libidinũ cõqueritur, etiã tum,cũ multo ieiunio & labore cõtra ea pugnaret,hoc est, dũ esset non modo baptizatus: sed et sanctissimus. Experiat quisq̃ seipm,et referat si audet,se non habere cõcupiscentiã,etiã si ad morbũ vsq̃ ieiunet et laboret,et vñ hoc malũ furẽs et indomitũ? Nõ vtiq̃

a natura/quia Adã illo caruit ãn casum, sed post lapsum sen sit in carne & nobis p generationẽ hereditauit, q̃d baptismate incipit tolli, durat tñ vsq; ad mortẽ carnis, licet in alijs minus in alijs magis. Vnde et ipi appellãt fomitẽ, morbũ nature et ty (rannũ.

Reuertamur ad pbationẽ, Apl's Heb. 12. vtiq; bap- X
tizatis & sanctis scribens d. Deponamus oẽ pondus & circũ-stans nos pctm̃. Hic seipsum q̃3 inuoluẽs, docet deponi oẽ põ dus & pctm̃, quod nos circumstat, id est, ptinaciter inheret & instat, mira verbi Emphasi significans molestam & improbã illam carnis nostre cõcupiscentiã & pcacitatẽ, qua nos assidue sollicitat ad pctm̃, nec aliqñ quiescit, nunc ira, nunc libidine, nunc supbia, nũc auaritia nos inquietãs. Ita vt D. Cyprianus ob hoc ipm optandã censeat mortẽ accelerari, Epistola de mor talitate dicens. Cum auaritia nobis, cũ impudicitia, cum ira, cũ ambitõe congressio est, cũ vicijs carnalibus, cum illecebris secularibus assidua & iugis & molesta luctatio est. Obsessa mens hoĩs & vndiq; zabuli infestatiõe vallata/vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia pstrata est exurgit libido, si li-bido cõpressa est, succedit ambitio, si ambitio contẽpta est, ira exasperat, supbia inflat, vinolentia inuitat, inuidia concordiã rumpit, amicitiã zelus abscindit, cogeris maledicere, quod lex diuina phibet, cõpelleris iurare quod nõ licet, tot psecutiones animus q̃ttidie patit̃, tot periculis pectus vrget̃, & delectat hic inter zabuli gladios diu stare? cũ magis cõcupiscendũ & op tandum sit ad Christũ, subueniẽte velocius morte properare.

Si tantus martyr de se sibiq; sĩlibus talia affirmat, qs dubi- XI
tabit & oĩbus sanctis eadẽ tribuere? aut saltẽ non negabit in sanctos q̃drare, q̃d Apl's dicit. Condelector legi dei scd'm in-teriorẽ hoĩem, video aũt aliam legẽ in mẽbris meis, ne in pso-na impiorꝝ ista videat̃ locutus. Que oĩa ideo vrgeo, q scio B. Hie. Origenẽ & alios impulsum alicubi sentire Apl'm hoc lo co, in aliorꝝ persona locutũ, licet alijs locis econtrariũ sentiat. Et B. Augustinus diu eadẽ sentẽtia captiuus, tandẽ in retracta

tionibus & li.6.contra Iul.xi.ita reuocat, vt neget a se fuisse intellectũ antea Apl'm, dum in alioꝝ persona locutũ fuisse asseruisset. Quis non moueaťautoritate principũ horum viroꝝ patrum, nihil indignor si qs hos patres alicunde pro se adduxerit, aduersus meã sententiã, si temere vno loco eos legerit & in suam sententiã sonare viderit. Verũ nec illis nec assertoribus eorum iniuriam facio, dum verba ipsa Apostoli, tum illorũ proprias & contrarias sententias eis prætulero.

XII Iuuat eandem hanc sententiã & multa alia, Primũ id quod Apl's Ro.12. pręcipit vtiq; sanctis & baptizatis, vt renouenť in nouitate sensus sui. Et alibi .2.Cor.4. Et si is, qui foris est noster homo corrũpatur, tñ is qui intus est, renouať de die in diem. At renouari est e vetustate in nouitatẽ mutari, Vetustas autẽ peccatũ est veteris hoĩs: sicut nouitas, gratia noui hoĩs. Renouari ergo arguit inesse vetustatẽ, sicut rursus dicit. Col.3 Expoliantes veterẽ hoĩem cum actibus suis. Et .1.Cor.5. Expurgate vetus fermentũ, vt sitis noua cõspersio. Quę oĩa certe affirmant reliquũ vetustatis & peccati in nobis esse, quod exuendum expurgandumq; sit, cum ad eos scribat, qui iam erant (vt dicit) azimi & creati in nouum hoĩem secundum deum.

XIII Deinde parabolę Euãgelij pulchre huc valent, quarũ vna de Samaritano, qui semiuiuũ non subito sanauit/sed alligauit tm̃ & sanandũ suscepit, nonne ostendit: neminẽ subito ab oĩbus peccatis sanum factũ: sed pacto fidei, in corpus Christi assumptũ, de die in diẽ magis sanari? Altera Mat.13. de fermẽto insata farinę tria mixto, donec fermentareť totũ quid aliud vult, q̃ fermento nouo fidei, fermẽtari non subito/sed paulatim totũ hoĩem? vt hęc vita cognoscať non esse iusticia sed iustificatio, non sanitas sed sanatio, non finis sed phase dñi, non terra sed migratio, & prorsus cõtinua purgatio peccati & transitus de virtute in virtutẽ, vt docet Psal.84. & transformatio de claritate in claritatẽ, ad imaginẽ Christi vt Apl's vocat. At talis transitus certe manifestat, reliquũ esse semper peccatũ, a

quo recedamus, & ad maiorem iusticiam propinquemus.

Et Iohan.13. cū asseruisset discipulos esse mundos, tñ infra dicit. 15. se esse vitē illos palmites, & tñ oēm fructiferū magis purgandū, vt plus fructificet. Quō em̄ sunt mundi & simul immundi: vt purgari egeāt, qui nisi mundi essent, fructū non afferrent? Nisi quod verū est, quod idem.1. Iohan.1. dicit. Si dixerimus: quoniā pctm̄ non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Notauit S. Aug. quod non dixit, habuimus sed habemus. Et psal.18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Et psa. 50. petit, spūm rectum & cor mundū in se fieri, cū hoc non nisi iam mūdus orare posset. vñ ergo ista īmunditia tam sanctis viris spū feruētibus, nedum baptizatis? Quod malū, has mouet īmunditias? nisi radicale illud originis malum, de quo Paulus Colossensibus sanctis scribit, Mortificate mēbra vestra, quę sunt super terrā fornicationē, immunditiā, libidinē, cōcupiscentiā malā, auariciā, nō q̄ his pctīs seruire eos arguat: sed vt repugnēt, ne eis seruiant. XIIII

Et vt finē faciamus, sola orō dñica, nōne oēs cōcludit sub peccatū, dum oībus q̄ntumlibet sanctis mandat orare, Fiat volūtas tua, sanctificet̄ nomē tuū, adueniat regnū? Quid confitet̄ qui petit fieri voluntatē dei, nisi sese nondum plene facere voluntatē dei, ac per hoc esse inobedientē deo? (neq; em̄ fictis hic verbis orat̄) Hoc solo saluus, quod agnoscit et deprecat̄ suam inobedientiā, ac inquantū orat et agnoscit, tantū facit voluntatē dei, id est in spū, sed in carne, contra quā sic orat: nondum facit. Ita qui petit sanctificari nomen dñi, nonne fatet̄ nomen dñi adhuc in se pollui ex parte? quod dolens dep̄catur, & implet̄ur illud in eo Ro.7. Quod nolo malum hoc facio, quod volo bonū non facio. Sic qui aduenire regnum dei petit, certe seruū diaboli se ex parte confitet̄, cum Apl̄o dicens. Video aliam legem in membris meis/captiuantē me in legem peccati. XV

Scio aūt, quid hic mihi oppositurí sint, scilicet oīa quę dicta sunt, probare non pctm̄/sed defectū seu infirmitatē in nobis XVI

relinqui post baptismū. Sic em̄ fomitē et passiones carnis. Re-
spondeo, si sola nos verbi cōtrouersia haberet, facile admitterē
vt defectū vocarēt, quicquid id est mali, quod in p̄dictis scrip
turę verbis relinqui in nobis probatū est. Frustra em̄ certat̄ de
noīe cum de re constiterit. Verū, ꝙ defectum sic appellant, vt
pctm̄ esse negent, et non culpā sed pœnā tm̄ peccati esse velint,
admittere non possum. Neqꝫ em̄ satis est: ꝙ sine scripturę testi
monijs autoritate propria dicunt, oīa ista defectus dici, quia
deficiant a perfecta legis plenitudine. Deinde ꝙ non licet vlli
angeloꝝ, nedum ipsis hoībus, verba dei pro suo sensu inter-
pretari, vt quod illa peccatū aperte vocat, illi defectum inter-
pretentur. Apl's enim manifeste dicit, se captiuū duci in legem
peccati & concupiscentiā, autoritate legis cognitā a se peccatū,
quam iterum vocat peccatum in carne sua habitantem.

XVII Quomō em̄ non erit vere pctm̄, cum ad hoc vt vere peccatū
esse probet, adducat legē prohibentē concupiscere, et fateat̄ sese
non cōcupiscere non posse, ac per hoc vero: non defectu tm̄ sed
pctō contra legē facere. Nam et ipsi met cogent̄ hoc pctm̄ di-
cere, quod cōtra legē fit quocūqꝫ modo. At defectus ille: quē
extenuando pctm̄ sic vocant, certe contra legē est. ꝙ si hoc vno
loco sic licet verbis dei abuti, vt pctm̄ nō pctm̄ dicamus. Quō
resiestimus neganti in vniuersum, oīa peccata in tota scriptura
dicenti, ꝙ adulteriū, homicidiū, idolatria quoqꝫ non sit pctm̄,
sed defectus & pœna peccati. Si ergo huic resisti debet, oportet
vt pctm̄ simpliciter: p̄sertim vbi legis ꝓhibitio adducit̄, cuius
cōparatione probet̄, accipiatur pro vero peccato, aut eludemus
totius scripturę autoritatē. Non est enim pœna sed culpa, q̄n
dicit. Concupiscentiā nesciebā esse peccatū/nisi lex diceret, Nō
concupisces. Ergo qui concupiscit (sicut oīs facit baptizatus)
scit se lege magistra: contra quam facit, vere peccare.

XVIII Et mire placet, ab Apl'o adductū crassissimū genus peccati,
quod in nouissimo sensu tactus oēs sentiunt. Quō em̄ p̄sua-
sisset, intentōes & opiniones cordis peccata esse ijs: qui nondū

ꝑsuaderi volunt, concupiscentiā esse pctm̄ & contra crassissimū sensum experientię & apertissimā legem sapiunt. Nam quem non facit reum ista lex, Diliges dn̄m ex toto corde tuo? Quis non parte aliqua magna seipsum diligit? Verum sciebat Apostolus hoc pręceptum sublimius esse, quā vt inexercitati capere possent, ideo assumpsit quod pręsumpsit non posse negari ab ipsis/nimirum omnium sensu cognitum.

Videamus aūt, qua ratione moueant: vt negent peccatū dici, reliquam baptismo libidinē. Dicunt em̄ baptismi iniuriā esse/si non oīm peccatoꝝ tribuere dicatur remissionē, sicut habet fides catholica Ecl'ię & sanctū Euangeliū. Si ergo remissa sunt oīa peccata, quod reliquū est, peccatū dici non debet. Respondeo: quid hic dicere possum/nisi quod vrgentibus eodē argumēto Pelagianis, Augustinus dixit scilicet pctm̄ remitti quo ad reatū: sed non q̄ ad actū, seu vt ipsius verbis vtar. Peccatū istud reatu transit actu manet. Sicut n. (vt idē ait) aliq̄d peccatū transit actu et manet reatu (sicut est oē actuale) ita econtra hoc originis peccatū, transit reatu et manet actu. Ecce nō negat esse peccatū, nec dicit solum defectum aut pœnā esse: sed peccatū actu et vere esse. Rursum dicēt, At nos reatū hunc proprie vocamus peccatū, nō illud quod remanet. Respondeo in re ista seria et sacra: nō licet argucijs sophisticis cauillari, q̄bus effingūt reatū esse respectū inter deum et peccatorē, quo hic deputat̄ ad pœnā. Iniuria est gratię dei/si solū istum phātasticū respectū tollere doceat̄, cum vt scriptura loquit̄, gratia dei renouet, mutet, & in nouos hoīes transformet de die in diem, & res ista serio agat̄, nō respectibus tollendis: sed substantia et vita mutādis, nā ideo corpꝰ mori et incinerari optet, vt pctm̄ expurget̄, verus est morbꝰ et serius, q tā seriā et potentē exigit medi- XIX

Hęc ipsa n. gratia noui testamēti & misericordia dei (cinā. est, ꝙ quia geniti sumus verbo veritatis & renati baptismate vt simus initiū aliquod creaturę eius, interim fauor dei nos suscipit & sustinet non imputans ad mortē, quod reliquū est XX

peccati in nobis, licet vere pctm̄ sit & imputari possit, donec efficiamur pfecte noua creatura, ad finē n. purgatōis patris misericordia respicit, ꝑpter quē intermedias peccati īmunditias statuit misericorditer ignoscere, donec penitus aboleant. Hoc Apl's Ro. 8. sic dicit. Nihil ergo damnatōis est in is: qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnem ambulant. Non ait, Nihil peccati in eis est, cum p̄cedente ca. pctm̄ asseruisset: sed nihil damnatōis, quia etsi sit pctm̄ in eis: non nocet, duplici iure. Primo, quia sunt per fidē in Christo Iesu, quo mediatore eis ignoscit, quicquid peccati inest. Secundo, quia nō secundum carnē ambulant, id est, pugnant contra pctm̄, vt extinguant, quo studio: quia inuiti habent pctm̄ in se, pro non habentibus deus illos habet, non tn̄ nisi gratuita misericordia, ne superbiat quisquā in oculis dei de munditia sua: sed in humilitate suæ miseriȩ seruetur. Hoc sensu. Scimus quoniā oīs
i. Ioh. 5. qui natus est ex deo non peccat: sed generatio dei conseruat, & malignus non tanget eum. At oīs qui credit, quoniā Iesus est Christus: ex deo natus est, vt ibidem dicit. Ita simul verum est iustum non peccare, & tamen pctm̄ habere seu malum facere.

XXI Concludamus ergo cū pulcherrimo verbo Aug. Pctm̄, inquit, remittit̄ in baptismo, non vt non sit, sed vt non imputet̄. Ecce est & remanet pctm̄, sed non imputat̄, quare pseuerandū est in vsu scripturȩ & antiquoꝝ, & non defectū: sed vere pctm̄ appellandū, libidinem, & alias passiones reliquas baptismo. Et aliud esse oīa pctā remitti aliud oīa tolli, Baptismus oīa remittit: sed nullum penitus tollit, sed incipit tollere, id quod illos fefellit: qui remissionē intellexerunt omnimodā expurgationē, ac sic defectū pro peccato accipere seipsos coegerunt, ex malo intellectu in peiorē lapsi. Nam hac sentētia eorum hoīes in securitatē & superbam prȩsumptionē ducuntur, dum peccatis ablatis sibi puri visi, omittūt studia expurgandi peccati, vt cuius conscij iam non sunt. Qua impia opinione plurimi pereant necesse est, sed & eo ꝑuenerunt insaniȩ, vt etiā libidinē

ineuitabilẽ parentũ ſanctoꝝ,dũ generant:quantũuis indomi tam & ſummo inuictoq; furore,contra legẽ dei concupiſcentẽ defectũ vocare ſint coacti,hoc eſt vere nimis extenuare peccatũ dicere tã atrocẽ libidinis impetũ,eſſe defectũ.Sed de hoc ſatis.

RESPONSIO IO. COCHLAEI ad obiecta Lutheri.

PRIMVM igitur allegas Paulũ de cõcupiſcentia & pctõ.At nos iam ſup̃ oſtendimus vtrũq; ęquiuoce accipi in ſcripturis.Non oĩs cõcupiſcẽtia peccatũ eſt; quędã n.bona eſt & laudabilis atq; & meritoria. Vt qñ aĩa cõcupiſcit & deficit (vt ait Pſalmiſta) in atria dñi,aut qñ cõcupiſcit deſiderare iuſtificatões dñi in oĩ tpe. Carnalis aũt concupiſcentia varijs modis põt dici peccatũ, qñquidẽ & peccatũ octo habet acceptões,& cõcupiſcentia varie ſe habet ad voluntatẽ,Ad vitandã igitur ſenſuũ ambiguitatẽ,cõcupiſcentiã poſt hac ſp accipiemus pro carnali,ſi aliud p̃dicatũ non addiderimus.Habet aũt varia noĩa,dicit̃ n. fomes vt patuit,dicitur caro q̃ aduerſat̃ ſpũi, dicitur lex peccati, lex mẽbroꝝ, lex mortis huius. De qua ſic ait ad Valeriũ Auguſtinus. Illa eſt pœna peccati,illa plaga veſtigiũq; peccati,illa illecebra fomeſq; peccati, illa lex in mẽbris repugnãs legi mentis. Illa ex nobis ipſis aduerſus nos ipſos inobędientia : iuſtiſſimo reciprocatu inobediẽtibus reddita.Huius nos pudet,et merito pudet.Nã ſi hoc non eſſet,quid nobis eſſet ingratius, q̇d irreligioſius/ſi in mẽbris noſtris:non de vicio vel de pœna noſtra/ſed de dei cõfunderemur opibus? Vide q̃ multa ſunt vnius rei vocabula,Atq; vt iam ꝓpius accedamus, dicitur & peccatũ/ſed ſexto modo,vti ſup̃ diximus. Et ita accipitur ab Apl'o ad Ro.6.& 7.Quanq; vero ſup̃ huic obiectõi tuę iam pridẽ ſit rñſum,Ad clariorẽ tñ intelligentiã hic q̇3 rñdemus dicentes.Q d' lex non ꝓhibet oẽm cõcupiſcentię motum,quia impoſſibile eſt nobis primos cõcupiſcentię motus euitare. Veniunt n. velis nolis naturaliter et ſua ſponte/ſicut ergo in pecoribus pctã non ſunt.

[Margin notes: I — p̃s.83. — p̃s.118. — Aug. de nupt. & cõcu.li.1 cap.9. — Lex non ꝓhibet oẽm concupiſcentię motũ]

Ita nec in hoībus, qn̄ eis non conſentit rō aut voluntas. Hoc n. in poteſtate noſtra eſt: non illud. Non dicit aūt lex ſimpliciter
Exo. 20. Non cōcupiſces / ſed addit. non vxorē ꝓximi tui, non domū / non bouē &c. Hęc aūt cōcupiſcere et non concupiſcere, noſtri arbitrij eſt, ideo reputantur in pctm̄ qn̄ contra legem fiunt.

Vide aūt ꝙ fallaciter agas contra Dialecticen nobiſcū, iam per ęquiuocationē, iam per q̄tuor terminos. Nam ęquiuoce dicitur peccatū, Et tu hic confundis primā ſecundā & ſextā peccati acceptōes, atq; vnā ſub alia diuendis velut improbus malę mercis inſtitor. Concupiſcētia n. quā lex ꝓhibet eſt peccatū primo & ſcd'o modo. At cōcupiſcentia Pauli eſt peccatū ſexto modo, quia non conſentit ei voluntas. Videſne igit̄ ꝙ in hac prima obiectione bis peccas fallatia ęquiuocationis? Nam & concupiſcentiam & peccatum æquiuoce accipis.

Addis p̄terea huic palogiſmo tuo, vt eo facilius nos circūſcribas: quartū terminū, ſcilicet Sentire cōcupiſcentiā. Et quod nimiū ꝓfecto ridiculū eſt, Cum in articulo dixeris. In puero, Hic mox in prima rōe tua ais, poſtꝙ adoleuerit. Vbi aūt lex aut Apl's in culpā reputat ſentire cōcupiſcentiā? Quid ſi ſępiſſime ſentiat̄ ad meritū? Puer ſane cōcupiſcentiā nec ſentit nec reprimit, Virgo aūt caſta caſtusve ſacerdos aut Monachus ipſam ſentit quidē, ſed reprimit / eiq; voluntate reſiſtit, Ideo hic virtus elucet caſtitatis, & ex agone iſto acquirit̄ aureola virginitatis. Impie igitur oēm cōcupiſcentiā reuocas in culpā. Et ſacrilega interrogatōe concludis, hoc peccatū (quod & culpā & contra legē dicis eſſe) ex natiuitate carnis & poſt baptiſmū remanere. Qua ꝓfecto concluſione multa cōmittis pctā, primo Deum facis peccati authorē, quia author eſt naturę & natiuitatis. Secundo, arguis deū crudelitatis tanꝙ de impoſſibili nobis tulerit legē. Tertio, contradicis Apl'o in plęriſq; locis de baptiſmo loquēti, vti circa primū articulū deduximus ad longū Quarto, contumeliā facis ſacramēto regeneratōis / abnegās ei gratiam & plęnariam peccatorū remiſſionem ablutionēq;

& sanctificationē: Quinto, hæretice asseris quod tota Ecclesia et omnes sancti Patres negant/scilicet vllam post baptisma susceptum remanere culpam Et tantum ad primum.

Ad secundū sic respondemus, Quod ꝓponis non probas, Quę allegas magis contra te q̄ pro te faciūt. Quid mirū igiť si eneruis sit conclusio? ꝓponis sane, Aplm̄ non in alioꝝ ꝑsona loquutū hic esse. Quę aūt ad hoc ꝓbandū allegas/ita apte ad alios dicta sunt, vt nulla queat tergiuersatōe negari, Sed ad huc aptius ad alios loquiť Apl's in eadē epl'a ad Ro. 8. Idq̄ iam in tercia/iā in secunda (vt Grāmatici loquūtur) persona verboꝝ. Ait n. Nihil ergo nunc damnatōis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnē ambulant. Ecce Luthere, vnde tu vis inferre culpā. Apl's infert nihil damnatōis esse. Et post pauca subiungit. Vos aūt in carne non estis/sed in spū, si tñ spūs dei habitat in vobis. Et infra. Si em̄ secundū carnē vixeritis: moriemini, Si aūt spū facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nihil igitur cōtra nos facit, quod idē Apl's ad Galatas ait. Si spū viuimus: spū & ambulemus. Immo pro nobis est contra te. Tu em̄ & necessitatē peccandi & captiuitatē spūs nobis imponis. Paulus aūt libertatē gr̄ę et ambulationē secūdum spūm. Neq̄ em̄ viuimus neq̄ ambulamus spū sine gratia, gratia aūt liberat nos (vt ait Apl's) de corpe mortis huius, Ro. 7. de carnis inq̄ cōcupiscentia. Qd' aūt ais supesse pc̄m̄ carnis quod crucifigāt qui spū ambulant. Et hoc pro nobis est cōtra teipm̄, dūmodo sane accipiať pc̄m̄ carnis sicut accipit Apl's. sc3 pro fomite seu cōcupiscentia, non pro culpa, non pro reatu, non pro actu legē dei transgrediente. Quō n. crucifigeremus illud peccatū/si captiui teneremur (vt putas) ab eo? Concedimus itaq̄ & carnē cōcupiscere aduersus spūm: & spūm aduersus carnē. Negamus aūt eiusmodi cōcupiscere ꝓhibitū esse, nisi voluntas sil' cum carne consentiēdo concupiscat. Negamus item eiusmodi pugnā esse peccatū/nisi p̄ualeat caro. Vbi aūt p̄ualet spūs, nequaq̄ est ibi culpa: sed meritū potius, quia exer

citiũ virtutis,pudicitię ſc3 & caſtitatis.Et quanto acrior fuerit pugna,vt in calida iuuentute, tanto ſublimior dabitur victo ri corona.Quis enĩ dubitet Virginibus altiorẽ hinc dari coro nam ꝙ viduis aut nuptis?Quid ita? quia difficilior eſt virgi nũ ꝙ aliarũ pugna,et ꝓinde glorioſior q̃3,quia magis ardua.

III Ad terciũ non longa opus eſt rñſione, facillime n. in teipm̃ retorquent̃ iſta oĩa.Si n. doctrina Apl̃i generaliter ad oẽs pti net,cur contendis ſupiora ad ipm̃:non ad alios ptinere?Cur negas Apl̃m in pſona alioꝝ loqui?Non tñ oportet,oĩa Apl̃i

Heb.5. dicta generaliter ad oẽs hoĩes (vt tu ais) ptinere.Aliter em̃ do

Dicta paulí nõ oĩbus ge neraliter ꝯueniũt. cet virgines,aliter nuptas,aliter viduas,aliter Epiſcopos & cle ricos,aliter alios, Dat infirmis lac,validis autẽ cibum ſolidũ. Non facit,vt indocta vetula aut inexpertus Chirurgicus,qui vna herba aut vno collyrio ad oẽs generaliter vtitur morbos, Non eſt ita rudis hic noſter Medicus,vt omnia pharmaca & collyria doctrinę ſuæ applicet generaliter omnibus,ſcit diuer ſis diuerſa conuenire.Deinde ais.Paulum,niſi de omnibus lo queretur,non abſolute dicere debuiſſet, ſpiritũ & carnem ſibi pugnare,ſed aliquoꝝ ſpũm & carnem.ſc3 maloꝝ.Noli quęſo docere Paulum:quõ loqui debeat,Diſce primũ ipſe recte lo qui.Quõ hic ais, Maloꝝ carnẽ & ſpũm pugnare. Et infra in ix. pagrapho dicis hac pugna carere impios?Quę deinceps ex Paulo allegas pro nobis ſunt. Nec nos vnꝙ negauimus : in baptizatis cõcupiſcentiã eſſe,Sed negamus cõcupiſcentiã eſſe culpã aut legis p̃uaricationẽ: ſi non conſentiat ei voluntas.Et tu iterũ p̃tendis nobis ęquiuocatõis rete, qñ ais. Cur regnare vetat/ſi nullum adeſt pctm̃.Adeſt enim pctm̃ ſexto modo ,vt eſt fomes & inclinatio ad pctm̃.Tu vero improba venatione hinc nos in culpę & reatus laqueos vis p̃cipites agere.Non ne gamus igitur adeſſe nobis concupiſcentiã : ſed negamus eam eſſe pctm̃ ꝓprie dictum.Nec diffitemur pugnã carnis & ſpũs ſed inficiamur eiuſmodi pugnã eſſe culpę & reatui obnoxiam ſi fortiter ſpiritus reſiſtat concupiſcentię carnis.

Sed & Quarto loco parū tibi constas. Primū, quia negas hic Aplm loqui in psona maloꝝ sed sanctoꝝ filioꝝ dei, Cum iā iam sup̄ dixeris, Nullā esse vim & autoritatē Aplicę doctrinę si non generaliter ad oēs hoīes ptineat. Deinde. Quia hic dicis, Qui delectatur in lege dei secundū interiorē hoīem iustus est/facit bonū, nec declinat a deo. At in posterioribus dicis. Iustum in omni opere bono peccare. Et iam superius dixisti. Inferiusq; in tercio articulo tenes, q concupiscentia vere pctm̄ est actuale, eamq; & in Paulo alijsq; sanctis fuisse & esse hodie in omnibus sanctis filijs dei qui viuunt. Quomō at facit bonum/qui eo ipso peccat? Aut quomō non declinat a deo qui peccat? Quomodo demiq; iustus est qui assidue habet in se actuale (vt ais) peccatum? Nonne peccatū est iniquitas, vt ait Iohannes in Canonica? Omnis enim qui peccatum facit, & iniquitatem facit, Et peccatum est iniquitas. — IIII Luth. cōtrarius sibi ipsi. — i. Ioh. 3.

At dices forsitan pctm̄ in carne esse, iusticiā vero in aīa, Sed neq; philosophica neq; Theologica est hęc rn̄sio, Dicunt sane philosophi, Oppositoꝝ idem esse subiectū. Et apud T. Liuiū dicūt amici Lucretię. Mentē peccare: non corpus. Et idem docent oēs Theologi, non solum scholastici (vt loquimini) sed & Eccl'iastici & vetustissimi. Qua de re plurima subtiliter disputat Tertullianus in libro bn̄ longo de resurrectōe carnis. Inter alia aūt sic disserit ad ppositū. Talem (inquit) vbiq; Aplm recognoscas, ita carnis opera damnantē, vt carnem damnare videatur. Sed ne ita quis existimet, ex alioꝝ vel coherentiū sensuum suggestu procurantē. Et infra. Habitare, inquit, peccatum dixit in corpore nostro. Damnata aūt delinquentia, caro absoluta est: sicut indemnata ea, lege mortis & delinquentię obstricta est. Sic etsi sensum carnis mortem appellauit, dehinc & inimiciciam ad deum/sed non carnem ipsam. — Mēs peccat non caro. — T. Liui⁹ lib. i. — Tertul. in li. de resurre.

Cui ergo dices, reputabitur sensus carnis: si non substantiæ ipsi? plane si probaueris aliquid carnem de suo sapere. Si vero sine anima nullius est sensus, intellige sensum carnis ad

als depu tandum animã esse referendum: carni interdum deputatũ, quia ꝓpter carnem & per carnem administratur. Et ideo hĩtare ait delinquentiã in carne/quia & animę delinquentia inducitur.

Quod si hęc obscuriora videant̃, breuius et planius dicã ex Augustino de Ciui. dei. Dolores, inquit, qui dicuntur carnis, aĩę sunt in carne et ex carne. Quid eñ caro per seipsam sine aĩa vel dolet vel cõcupiscit? Sed cũ concupiscere caro dicitur vel dolere, aut ipse homo est (sicut disseruimus) aut aliquid aĩę q̊d carnis afficit passio. Et adhuc breuius ait contra Celestiũ. Nõ caro sine aĩa concupiscit, q̃uis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter aĩa concupiscit. Ne vero hęc frustra dixisse videar, infero ex eis contra te, ꝙ pctm̃, quod in corpore nostro habitat non est proprie dictum pctm̃, Tum quia non impartat culpã aut reatũ, Tum quia non est iniquitas, iusticię cõtraria, sed simꝰ stat cũ iusticia in iustis: qui adhuc sunt in corpe corruptibili.

Aug. de ci. d. l. 14 cap. 15.

Aug. in li. de pfectione iusticię.

V Quinto in eodẽ hęres luto, & tecũ potius q̃ nobiscum pugnas, quia iterũ negas Paulum in psona oĩm (quod sup̃ ad oẽs ptinere volebas) loqui. At memẽto quęnã inter nos hic verset̃ quęstio, Nempe vtrũ fomes sit vere pctm̃ actuale, quod & post baptismũ remaneat. Inspice quęso tua, q̃ frigide id ꝓbes, q̃ nihil aut admodũ parũ plęriq; Paragraphoꝝ ad rem faciant, q̃ extranee et inaniter effutias plurima. Quid ad rem, loquat̃ ne in sua an in alioꝝ persona Apls. Vtrũuis dare possumus, vtrũq; graues habet authores, Multo tñ plures, qui ipsum in alioꝝ persona loquutũ fuisse existimant, vt Ambrosius. Athanasius, Paulinus, Orienes, Et id genus grauissimi quiq;. Sed & Augustinus ipse in plęrisq; locis in eadẽ fuit sententia. Licet in nouissimis libris fateatur, videri sibi Paulũ in sua loquutũ esse psona. Quid, si concederẽ tibi, Paulũ in sua quidẽ psona loquutũ esse/sed referri hęc dicta ad illud tempus, quo fuerat sub lege: anteq̃ baptismi gratiã pcepisset? Nonne vides, ꝙ ait gratiã liberare de corpore mortis huius? Sed hęc alterius sunt quęstionis. Hic tecũ contendimus de fomite, an sit (vt ponis)

Ro. 7.

pctm̃ actuale & impediat aīam a corpore solutā ab ingressu cęli. Iactitas n. circa terciū articulū, ꝙ ista hic ꝓbaueris. Quod mihi sane adhuc nusq̄ apparet. Quid enī ad rem facit, quod cōtra impios multa et dicis et allegas? Quasi vero nos impios defendamus aut a pctīs excusemus. Absit hoc a nobis/non n. impios: sed pios & sanctos a tuis defendimus et asserimus im pietatibus, q̄bus tu fomitē eis in culpā reputas, subdis diabolo, captiuos facis pctō ꝓprie dicto et remoraris ab ingressu cęli Quid igiť nobis īpios obtrudis? quin potius ista de pijs ꝓba

Quod aūt Apłs ait. Igiť ego ipse seruio mēte legi dei, carne aūt legi peccati. Nihil penitus contra nos facit/ quia nō negamus fomitē aut cōcupiscentiā & in Paulo fuisse Negamus aūt ꝙ baptizato reputeť in culpā: aut remoreť ip̄m ab ingressu cęli, Negamus item eiusmodi fomitem esse pctm̃ ꝓprie dictum. Dicitur tn̄ pctm̃ (vt in plerisq̄ locis exponit Augustinus) mō quodā loquendi, q̄d & pctō factus est, quippe p̄uaricatōe ꝓthoplasti, & pctm̃ si vicerit facit. Sicut vocať lingua locutio quā facit lingua, Et manus vocať scriptura: quā facit manus. Aut sicut vocať frigus pigrū, non ꝙ a pigris fiat sed quod pigros faciat. Ipsa aūt cōcupiscentia, inquit, iā non est pctm̃ (subintellige ꝓprie dictum) in regeneratis, qn̄ illi ad illicita opera non consentiť: atq̄ vt ea perpetrēt, a regina mente mēbra non danť. Peccata aūt sunt, inquit alibi, quę secundū carnis cōcupiscentiā vel ignorantiā illicite fiunt, dicuntur, cogitanť, quę transacta & reos tenēt: si non remittanť. Ipsa aūt carnis cōcupiscentia, inq̄t, in baptismo sic dimittiť, vt quanq̄ tracta sit a nascentibus, nihil noceat renascentibus.

(si potes.

Ro. 7.

Cur peccatū dicitur cōcupiscentia

Aug. de nu. & cōcup. li. i. ca. 23.

Aug. ad Bonifa. li. i. ca. i3

VI

Sexto loco tantundē efficis, Id est, nihil ad ꝓpositū. Quia de impijs nulla est hic quęstio. Magis aūt contra teip̄m hic loqueris, q̄ contra nos. Ais enī. De lege pctī dicit, video aliam legem in mēbris meis. vidit n. et odio habuit, licet carere non possit, tn̄ fortiter contra pugnauit. Quęso te Luthere, in quo peccauit hic Apłs? Si vidit aliam legē in mēbris suis & eam

odio habuit,quã vides ibi culpã? quod delictũ? Iam iã ex Augustino diximus,ꝙ ipsa cõcupiscẽtia in regeneratis nõ est peccatũ,qñ illi ad illicita opa non consentiũt,Cũ igit fatearis ipse ꝙ cõcupiscentiã viderit quidẽ sed odio habuerit eã,ꝙ ea carere non potuerit,ꝙ fortiter contra pugnauerit.Qua obsecro cęcitate hic pctm̃ facis vere actuale verã culpã:ꝓpter quã impediatur aïa eius ab ingressu cęli? Si vere pctm̃ est eiusmodi concupiscentia.Cur non & fames,sitis,morbus,mors & id genus reliq̃ mala,quę in pœnam peccati traximus ex pctõ Adę:vere pctã existunt? Nec his n. nec concupiscentia possumus carere. Quod si vere pctm̃ est(vt ais) concupiscẽtia/qñ fortiter cõtra pugnauit Apl's:quid est q̃so aut quale pctm̃,qñ ei non resistitur sed consentiũt? I nũc Luthere,& hac vęsania tu iactita,atq; & iureiurãdo confirma, ꝙ intra Quadringẽtos annos nemo Theologoꝝ,p̃ter te vnũ intellexerit,qd sit pctm̃,qd op⁹ bonũ.

Concupiscẽtia nõ est sp peccatũ.

VII Septimo loco non cõtendis/sed suades,ita tñ calũniose contra nos,vt in te verissime retorqueri & possint,& debeant,quę dicis.Absit enĩ vt quispiã vere christianus,a scripturis,a sanctis et antiquis Doctoribus, a Concilijs atq; a tota ecl'ia Catholica,perfide desciscat ad tot horrendas impietates tuas et insanias falsas: quas temere, glorię solum & contentõis studio, ꝓponis/conuicijs nugisq; defendis,et meris allegationũ(quas iam in verbis iam in sensibus corrũpis & deprauas) fucis ad Poetas Laicosq; cõmendas.Quis piorum aũt ęquo aïo ferat tantã Philautię tuę impudentiã,qua te hic suadendo, in modum pauonis,ostentas,velut alterũ Messiam,cuius sacra & diuina sit doctrina, cui: positis,ꝓprię sentẽtię studijs:dociles & ductiles sint tam auditores q̃ tractatores, & nullus contentiosus aut perficax huc intret.Mirum tñ non esse/si non flectantur ea omnes, cum nec Christus omnibus potuerit sua persuadere. O impudentiã omnibus sęculis inauditam. Sed hæc & id genus plurima,& impia et blasphęma,quę ad disputationem non pertinẽt, aptiorẽ inuenient locum in scelerum tuoꝝ

Philautia luth.

catalogo: quẽ diligẽtius, vbi ociũ a rẽpbatõibus fuerit scribe(mus.

Octauo similiter suades: vt religiosa, immo hypocritica, quadã admiratõe cõmendes tuam sententiã, velut notissimã ac omnibus sanctis acceptissimã. Sic suasit pfecto serpens antiquus primis pntib9 nostris. Sic decẽ tribubus Israel Hieroboã, Sic Galatis pseudo apostoli. Sed deus Opt. Max. auertat, ne quis vere Christianorꝝ de ligno scientię tuæ comedat, Ne quis aureos vitulos tuos Huss & Vuicleph veneretur ne quem fascinet virulentũ hoc tuum prestigiũ. Nos Luthere non negamus (vt sępe testati sumus) fomitem in mortali corpore nostro esse, frustra igitur & stulte hoc probas, quod nemo negat. De hoc enim nõ versatur inter nos quęstio. Superflui sunt igitur isti tui Paragraphi, nec vlli articulorꝝ tuorum deseruiunt. Scimus vtiq; Paulum habuisse stimulum carnis, Scimus & alios sanctos frequenter contra concupiscentiã pugnasse. Scimus aliam esse mentis, aliam peccati legem. Nunq; negauimus ista. Negamus autem istam concupiscentiã carnis esse in baptizatis peccatũ proprie dictum & vere actuale, Negamus in ea pugna/vbi resistit & vincit spiritus: esse culpam & reatum, Negamus isto fomite animas puerorꝝ recens baptizatorꝝ aut Martyrũ aut aliorum sanctorꝝ impediri ab ingressu cęli post hanc vitam. Hæc ostende si potes, non illa, de quibus nemo dubitat: ne nugaciter tẽpus perdas & operam. VIII Gẽn. 3. 3. Reg. 12 Gala. 3.

Nono rursus de impijs (de quibus nulla est hic quęstio) cõtendis, & pro nobis quidẽ multo magis q̃ pro te. Si n. pugna illa pctm̃ est vere, quo caro et spũs inuicem aduersant̃, Quid est queso, quod magis in pijs q̃ in impijs inueniẽt? Nunquid plus peccant pij q̃ impij, quia sępius cũ carne sua decertant? Absit, vt barbare tecum dicamus, omne opus bonum iustorꝝ peccatũ esse, Non est peccatũ eiusmodi pugna, sed meritũ virtutis. Non negamus pugnasse Hieronymũ, sed in hoc peccasse negamus. Nec opus est, vt quisq; experiatur seipsum. Melius est tentationem fugere, q̃ seipsum tentare. IX

Qđ aūt dicis hoc malū non inesse natura, non reprobo. Quia & Augustinus aliqñ sic loquit. Dicunt (vt arbitror) oēs, non ex natura, sed ex p̄uaricatōe cōcupiscentiā istā inesse nobis, Cū vero bestię q̄; quę peccare nō possunt, suas habeāt concupiscē tias, non satis intelligo quid hic dicā. Dicerē certe lubentius, q̄ Adā & eua hac carnis cōcupiā añ casum caruissent quidē/sed non tā ex natura q̄ ex originali iusticia, q̄ non naturę sed dei donū fuit. Videmus n. oē animal ad generandū naturalē habere concupiscentiā, eāq̄ nimiū in plerisq̄ furentē, quia ad cō seruationē generis sui videt ipsa cuiq̄ aīantiū naturaliter indita esse: qñquidē oē animal corruptibile est. Qđ aūt hō ante casum non erat mortal, hoc non tā naturę q̄ originali iusticię acceptū referri existimo. Puto igit dici posse, q̄ hō naturaliter, vt famē: sitim: ęgritudinē: irā: dolorē & reliq̄s affectus, ita & concupiscentiā sentiat & mortē: sicut & cętera aīalia, quę vtiq̄ nihil peccauerūt, sentiūt nihilominus ista. Est n. & hō animal Sed añ lapsum, huiusmodi maloꝝ ex dono dei et bñficio originalis iusticię singulari, inq̄/p̄ cęteris aīalibus priuilegio, expers erat. Preuaricatōe aūt cōparatus est iumētis insipiētibus et silis factus est illis. Vnde fit, vt q̄ mala sunt iumētis naturalia, nobis facta sint pœna pc̄ti, Quia nisi p̄cessisset pc̄m, hęc mala non pateremur. Nihil tñ hic affirmauerim, quod Orthodoxę fidei quoquo modo possit esse aut dissonū aut suspectū.

An cōcupiscētia natura nobis insit.

Tu vero audacissime ais hic (quod et in finali p̄agrapho repetis, & nos sup̄ reprobauimus) Hoc malū baptismate incipe tolli, durare tñ vsq̄ ad mortē carnis. Dic quęso, si vere pc̄m est (vt dicis) quō non abluit totū baptismo? Et si solū vsq̄ ad mortē carnis durat, quō post mortē impedit aīaꝫ ab ingressu cęli? Augustinus p̄fecto ad magnā calumniā sibi obijci a Pelagianis existimabat/tanq̄ diceret. Baptisma non dare oīm indulgentiā peccatoꝝ, nec auferre crimina sed radere, vt oīm peccatoꝝ radices in mala carne teneantur. Audi quęso, quid rñdeat, Quis hoc, inquit, aduersus Pelagianos/nisi infideles

Aug. ad Bonifa. li. i. ca. i3

affirmet? Dicimus n. baptisma dare oīm indulgentiā pctōꝝ et auferre crimina: non radere. Nec vt oīm peccatoꝝ radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capilloꝝ/ vnde crescant iterū resecanda pctā. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo vel fallere. Cum qua necesse est, vt & baptizatus: & hoc si diligētissime proficit & spū dei agitur/ pia mente confligat. Sed hęc, inquit, & si vocatur peccatum, non vtiqꝫ: quia peccatum est/ sed quia peccato facta est, sic vocatur. Sicut scriptura manus cuiusqꝫ dicitur, ꝙ manus eam fecerit.

Pallados: humanas Auguſta poetica mentes
Siderei rapiens ſecum in penetralia cæli:

Lex naturae et diuina
Lex a natura in/ciſa in auro
Themis et Pro/metheus dictant legem
Quae lex
Aeneas. Caieta
Romulus. Lupa
Luperci cinctuti
Bacchus, hyadeſ
Tauri cornua
Iubar Olenium
Iupiter. Capra Amalthea
Raua belua
Poetica quae

Quas rogo: quas referā grates: quæ præmia tātæ
Altrici soluisse queam: nec fulminis auctor
Nec thyrsi / septriq; potēs: quo nā improba ducis
Mens auidum? quo me pietas temeraria cogis
Attonitum? Qui nā hic aio trepidāte tumultus?
Fallor? an ipsa aptū dominæ præcordia munus
Parturiunt ultro: uocemq; et uerba canoro
Concipiunt sensim numero: inlibataq; fundunt
Carmina: nunq̄ ullis parcarū obnoxia pensis?
Sic eat. En agedum qua se furor incitat ardens:
Qua mēs: qua pietas: qua ducūt uota sequamur.
Intulerat terris nuper: mūdoq; recenti
Cura dei sanctū hoc animal: quod ī æthera ferret
Sublimis oculos: quod mentis acumine totum
Naturæ lustraret opus: causasq; latentis
Eliceret rerum et summum deprenderet æui
Artificem nutu terras / maria / astra / regentem:
Quod fretum ratione animi substerneret uni
Cuncta sibi / ac uindex pecudū domitorq; ferarū
Posset ab ignauo senium defendere mundo:
Neu lento squalere situ sua regna: neq; ægram
Segnitie pateretur iners languescere uitam:
Sed longum tamen obscuris immersa tenebris
Gēs rudis / atq; iculta uirū / sine more / sine ulla
Lege propagabant æuum: passimq; ferino

Afflatus.

Non ipsos carmen poetas qui uideantur canere

Narratio qua statu hominum describitur ante missam cęlitus poeticam

Descriptio hominis qua rationis est particeps

Degebant homines ritu: uisq; insita cordi
Mole obsessa graui/ nōdū ullos prompserat usus:
Nil animo/ duris agitabant cuncta lacertis
Nondum relligio miseris/ (si credere fas est)
Non pietas: non officium: nec fœdera discors
Norat amicicïæ uulgus: discernere nulli
Promptum erat ambiguo susceptam semine plē:
Non thorus insterni genio: non crimina plecti
Iudicio: nulla in medium consulta referri:
Non quæri commune bonum: sua cōmoda q̄sq;
Metiri: sibi quiq; ualere et uiuere sueti.
Et nunc ceu prorsus morientem uespere serō:
Ignari fleuere diem: nunc luce renata
Gaudebant ceu sole alio: uariosq; recursus
Astrorum: uariam Phœben/ sublustris in ūmbra
Noctis/ et alternas in se redeuntibus annis
Attoniti stupuere uices: insignia lōgum
Spectabant cæli: pulchroq; a lumine mundi
Pendebant causarum inopes/ rationis egentes.
Donec ab æthereo genitor pertesus olympo
Socordes animos: longo marcentia somno
Pectora: te nostræ diuina poetica menti
Aurigam dominamq; dedit: tu flectere habenis
Colla reluctantum: tu lentis addere calcar:
Tu formare rudes: tu prima extundere duro

Primi homines corpus magis q̄ ingenium exercebant

Nondū ciuitates

Nondum rerum naturam indagauerant

Ob admirationē philosophari cęptum

Poetica cęlitus

Flamma Promethea

Poetica est eloquens sapientia et modulata

Musica rudes allecti

Discunt officia ex poetica

Tres aie uires seu partes

Mens

Abstrusam cordi scintillam/prima fouere
Ausa promethea cælestia semina flammæ.
Nam simul ac pulchro moderatrix unica rerum
Suffulta eloquio dulcem sapientia cantum
Protulit: et refugas tantum sonus attigit aures/
Concurrere ferum uulgus: numerosq; modosq;
Vocis et arcanas mirati in carmine leges
Densi humeris: arrecti animis/immota tenebant
Ora cateruatim: donec didicere: quid usus
Discrepet a recto: qui fons aut limes honesti
Qui ue fide cultus: quid ius æquabile: quid mos
Quid poscat decor: et ratio: quæ commoda uitæ
Concilient inter se homines: quæ fœdera rebus:
Quantum inconsultas ultra sollertia uires
Emineat: quæ dein pietas præstanda parenti
Aut patriæ/quantum iuncti sibi sanguinis ordo
Vindicet: alternum quæ copula seruet amorem
Quod gerat imperium fractura cupidinis arcus
Atq; iras domitura truces uis prouida ueri/
Vis animæ/celsa quæ sic speculatur ab arce
Vt uel in astrigeri semet præcordia mundi
Insinuet: magniq; irrumpat claustra tonantis.
Agnorant se quisq; feri/pudibundaq; longum
Ora: oculos/taciti inter se/immotiq; tenebant.
Mox cunctos pariter morum/uitæq; prioris

Pertesum: ritusq; ausi damnare ferarum:
Protinus exseruere hominem: tũ barbara primũ
Lingua nouos subiit cultus: arcanaq; sensa
Mandauere notis: multaq; tuenda uirum ui
Mœnia succintus populis descripsit arator
Tum licitum/uetitumq; inter discrimina ferre
Et precium laudi / et noxæ meditantia pœnam
Vindicibus cœptum tabulis incidere iura
Mox et dictus Hymen: et desultoria certis
Legibus est astricta Venus: sic pignora quisq;
Affectusq; habuere suos: belliq; togæq;
Innumeras commenti artes: etiam æthera curis
Substrauere auidis: etiam famulantibus altum
Inseruere apicem stellis: animoq; rotatos
Percurrere globos mũdi: et sacra templa per orbẽ
Plurima lustrato posuerunt deniq; cælo.
Sic species terris: uitæ sua forma/ suusq;
Dis honor: ipsa sibi tandem sic reddita mens est:
An uero ille ferox / ille implacatus et audax
Viribus: ille graui prosternens cuncta lacerto
Trux uitæ: præceps animæ sumitteret æquo
Colla iugo: aut duris pareret sponte lupatis:
Ni prius indocilem sensum facundia uictrix
Vimq; reluctantem irarum/flatusq; rebelles
Carmine mollisset blando: pronisq; sequẽtem

Quae post audi tam poeticen in uenta: Eloquen tia Litterae Ritus conden dae urbis

Leges et iudicia Leges incisae ta bulis. Matrimo nia

Contemplatio

Religio

Non potuisse ru dem illam mor talitatem nisi p poeticam uocari ad officium

quãta ẽt ĩ beluas musicę uis
Auribus ad pulchri speciem duxisset honesti.
Quippe etiam stantes : dulci leo carmine captus
Submittit ceruice iubas : roseam q; dracones
Dracões cristati
Erecti tendunt cristam : et sua sibila ponũt.
Ille quoq; umbrarum custos : ille horror auerni :
Cerberus De Orpheo
Cerberus : audita getici testudine uatis
Latratum posuit triplicem : tria sustulit hiscens
Ora / nouo stupidus cantu : qui flexerat atram
Tisiphonen : sæuo lacrimas conciuerat orco
Iuppiter iratus carmine placatur
Ipsum fama Iouem / cum iam cyclopea magna
Tela manu quatit insurgens tonitruq; coruscat
Horrisono / et cæcis miscet caua nubila flammis :
Vt tamen increpuit neruis et pectine pulcher
Apollo et Musę
Delius : alternumq; piæ cecinere sorores
Placari : totumq; sua diffundere mundum
Lætitia : et subito cælum instaurare sereno.
Prepositio cum diuisione
Nunc age : qui tanto sacer hic furor incitet œstro
Corda uirum : q̃ multiplices ferat Enthea partus
Mens alto cognata polo : qui præmia doctæ
Frontis Apollineas ausi sibi nectare lauros
Inclyta perpetuis mandarunt nomina sæclis
Inuocatio
Expediam : faueat pulchro nunc musa labori
Musa quies hominum diuũq; æterna uoluptas.
Iuppiter mundi anima De furore poetico
Iuppiter (ut peribent) liquidi per et ignea mundi
Templa / per et stellis radiantibus æthera fixum

Aurarumq; animas: sola terræ et cærula ponti
Dissitus: errantes citharæ uice temperat orbes:
Ac rapidum imparibus cursum rotat interuallis
Quem rara pars tamen et certum cōfine diremit
Hinc nostro maior captu sonus exit: acutas
Compēsans grauibus septē in discrimina uoces
Stellantesq; globos: sua quæq; innoxia Siren
Possidet ambrosio mulcens pia numina cantu:
Nec tamen in nullis hominū simulachra refulgēt
Mentibus: arcanam cæli testantia musam
Permixtumq; Iouem: nam ceu tralucet imago
Sideris in speculum: ceu puro condita uitro
Solis inardescit radio uis limpida fontis:
Sic nitidos uatum defæcatosq; sonori
Informāt: flāmantq; animos modulamina cæli:
Is rapit euantem feruor: fluctuq; furoris
Mens prior it pessum/ tum clausus inæstuat alto
Corde deus: toto lymphatos pectore sensus
Exstimulās: sociūq; hominē indignatus/ad imas
Cunctātem absterret latebras: uacua ipse potitus
Sede/ per obsessos semet tandem egerit artus.
Inq; suos humana ciet præcordia cantus.
Non illos cycnæa melle: non dædala chordis
Apta fides: non quæ duplici geniale resultant
Naula citata manu: non uincat dulcior ille

Mundus Ioui pro cithara
Harmonia sphaerarum
Musica orbium caelestium
Septem uocum discrimina
Sigulae sirenes iu singulis sphaeris
Caelestis musica tralucet in hominum quorūdā mentibus
Qualis poeta diuinitus afflatus
Deū p hoīes loq
Melle
Lyra
Naula

Organa musica descripta

Iubila

Phoebados antrum. Rupes euboica. Quanta sublimitas carminis

Nili fragor

Mirātur sua ipsi scripta nec esse sua credunt boni uates

Spirat ét in libris furor

Lectione poetarum et alii afflātur

Similitudo magnetidis et anulorum ex Platone

Flatus inæquales digitis pulsautibus implens
Compresso de folle tubas: pius æmula contra
Iubila cui referunt chorus: alternisq; lacessunt.
Agnoscas propere numen: suspirat hanelo
Grandior ore sonus: quantusq; impleuerit antrū
Phœbados/ aut rupē euboicam: nec Martius illū
Terrificum clangens rauci canor æris obumbret
Nec tonitrus Iouis: aut petulātibus incit flabris
Offæo pineta iugo: Nili ue ruentis
Exsurdans uicina fragor: mirantur et ipsi
Sæpe (quis hoc credat?) quæ nuper cūq; recepto
Numine/legitimi cecinere oracula uates:
Caligatq; animus uisis: nec uindice lingua
Defendunt sua dicta sibi: postq̄ ille quieuit
Spiritus: et pressi tacuit sacer impetus oris.
Ipsaq; niliacis longum mandata papyris
Carmina phœbeos uideas afflare furores
Et cæli spirare fidem: quin sancta legentem
Concutiunt parili turbam contagia motu
Deq; aliis alios/idem proseminat ardor
Pectoris instinctu uates: ceu ferreus olim
Anulus arcana/quem ui magnesia cautes
Sustulerit: longam nexu pendente catenam
Implicat: et cæcis inter se conserit hamis.
Inde sacros musarum amnes heliconia tempe

Multisoni celebrant nũmeroso gutture cycni
Prima tamen dubias fuderunt carmina sortes.
Quippe etiã ante Iouem sagis instincta resoluit
Ora sonis Nereus: Nereus quem prisca marinum
Dictat fama senem: tuq;/o/ consulte Prometheu
Qui tenuem liquidis ignem furatus ab astris
Mirãtem frustra satyrum: captumq; decoro
Lumine: ne flãmæ daret oscula blanda monebas.
Mox quoq; Phocaico uerum mugiuit ab antro
Alma themis: qua rupe pares utrinq; uolatus
Armigeræ posuere Iouis: tum Iuppiter ipse
Fatidico mouit cantu Dodonida quercum
Præsciaq; in libycis concussit cornua lucis
Moxq; lycaonias Pan carmine terruit umbras
Carmen Apollinei tripodes laurusq; locutæ
Quæq; coronatum sonuere philesia Branchum
Pastorẽ Branchum/tribuit cui gratus amorum
Sortilegas uoces admissus ad oscula pœan.
Et sua per carmen ducibus responsa latinis
Noctiuagus cecinit calcato uellere Faunus.
Vos quoq;/per carmen triplices oracula parcæ
Vestra datis: quin et ueteres prompsere sibyllæ
Carmen: Amaltea/et fari Marpesia diues
Herophileq; idæa genus: prædoctaq; Sabbe
Demoq;/phygoq;: et ueri gnara Phaennis

Poetae cycni
De poetis et primum de fatidicis
Nereus senex marinus
Prometheus cõsultus
Fabula Satyri et Promethei
Themis
Antrum parnasi
Fabula aquilarũ
Iupiter dodoneus.
Quercus dodonea fatidica
Iuppiter hãmon
Pan Apollo
Branchus coronatus. Philesia
Fabula Branchi et Apollinis
De fauni oraculo. Parcae canũt
Sibyllae. Amalthea. Marpesia
Herophile
Sabbe
Phygo
Phaennis

Carmẽta Mãtho Phemonoe	Et carmenta parens/ et Mantho et Pythia longos
	Phemonoe commenta pedes/ et filia Glauci
Deiphobe Martii fratres Bacis Ollen Lichas	Deiphobe / nimium uiuax/ et Martia fratrum
	Nomina/ Lymphatusq; Bacis/ subterq; triones
	Natus hiperboreos Ollen/ inq; atthide terra
Columbę dodoneae	Clarus honore Lichas/ dodoniadesq; columbæ
	Nam quid ego inumeras uariãtẽ Protea formas
De proteo Glaucus	Sed dubio risus/ uultu lacrimasq; perosum?
	Quid ue loquar te Glauce senex? plenũq; parẽte
Idmon	Idmona: fulminei prostratum dentibus apri?
Mopsus	Ampycidenq; pium: libycis quem fudit harenis
	Vipera fatifero fauces accensa ueneno:
Melampus	Quid te cui uolucrũ linguæ patuere Melampu?
Fabula remotior de Tiresia	Quid cui post uisos nudatæ pallados artus
	Cernere nil licitum? q̃d quem impia ꝑdidit uxor
Amphiaraus Polyidus	Hosticaq; hausit humus? qq; alto i melle necatũ
	Restituit luci: quo nuper uixerat anguis
Fabula de Glauco	Gramine minoum dictæo carcere Glaucum:
Calchas De eliciẽdo fulmine	Aut qui mille rates peritura ad pergama duxit
	Thestoriden: aut q̃ magica fera murmura lĩgua
	Ingeminans; liquido deduxit ab æthere fulmen
Zoroaster	In caput ipse suum: propugnariq; bidental
	Iussit: achæmenium seruantia busta tiaram:
Hebręi uates David	An memorẽ Solymos prælustria nomina uates?
	Psalentemq; deo Regem: qui turbine fundæ

Icta Philistæo fecnit puer ora giganti:
Teq; palæstini laqueantem culmina templi
Mentis opũq; potẽs Solomon: nec odora tacentẽ
Oscula sollicito languentis amore puellæ:
Pars hymnos fudere deo. Sic maximus ille
Nondum clara sacris radiatus tempora Moses
Ignibus: ut rubras sicco pede transiit undas
Demerso insignẽ cecinit Pharaone triumphum.
Tuq; puer modo dicte mihi Iessæ uicissim
Dulcia terribili mutans psalteria bello
Voce deum placas: ut quos Babylone rebelli
Lambit in horrisonis non noxia flamma caminis
Quosq; alios ueteris gens seruantissima ritus
Retrorsum iudæa legit: sed enim æthera magnũ
Custodesq; alii genios (ita iusserat error
Publicus) innumerosq; lares: fũctosq; sepulchris
Mille deos: uariisq; animatum partibus orbem
Heu frustra coluere pii: ueniamq; rogantes
Qualiacũq; suo placabant numina cantu:
Mox chaos et teneri prima incunabula mundi
Et diuum genus atq; hominum: et Titania sæcla
Non humili dixere tuba: quoq; edita partu
Gramina: frondiferumq; nemus: gentesq; ferarũ:
Quid ue parẽs natura agitet: quosue aurea ducãt
Astra choros: ut se fraternis delia flammis

Solomon

Moses radiatus

Iterum Dauid

Tres pueri

De iudæis

Poetica gentiliũ
Religio gentilitatis

Rerum natura scripta a poetis

Induat: et radiis eadem mox depleat haustis:
Quæ cælo portēta uolent: quem ue ille tumultū
Misceat/aut quantis uarietur ab ignibus aer:
Quo saliat quassante solum: qui torqueat error
Oceani refluas undas/ molemq; natantem:
Leges scriptae uersibus
Inde sacrosanctas modulati carmine leges:
Nomi
Multisonum fecere Nomon/ nec uulnera tantū
Sæua: sed et cæcos uincebant carmine morbos
Medicinae carminibus
Sacrifici quondam nec dis ignara poetæ
Magica
Nomina. Quin magicas arcāo murmure linguas
De Orpheo et Amphione
In uarios duxere modos. Nec fabula mendax
Parrhasio lapides mouisse amphiona plectro:
Orpheos atq; lyram curua de ualle secutas
In caput isse retro/liquido pede fluminis undas:
Cumq; suis spelæa feris/ cum rupibus ipsis
Dulcia Pierias ꝓperasse ad carmina fagos:
Quæq; auis applauso libraret in aere pinnas
Pene intercepto uix se tenuisse uolatu:
Excessus super Orpheo et Eurydice
Illius argutis etiam patuere querellis
Tartara: terrificis illum uillosa colubris
Tergemini stupuere canis latrātia monstra
Tum primum et lacrimas inuita ꝑ ora cadentes
Eumenidum/ stygii coniunx mirata tyranni
Indulxit uati Euridicen. Sed muneris usum
Perdidit heu duræ nimia inclementia legis.

At iuuenem poſtq̄ threſſarum iniuria matrum.
Fruſtra ſuaue melos/fruſtra pia uerba mouentem
Diſperſit totis lacerum furialiter agris:
Cum lyra diuulſum caput a ceruice cruenta
Heu medium ueheret reſonans lugubre ꝑ hebrū
Relliquias animæ iam deficientis amatam
Mouit in Eurydicen tamen: illam frigidus unam
Spiritus: illā unā moriens quoq; lingua uocabat.
Leſboum ſtupuit uulgus/ cum flere natantes
Sponte fides/ atq; os domini uectare cruentum
Vidit: et heu laſſis uelut aſpirare querellis
Improbus hanc ſtulte chelyn affectare Neanthus
Auſus/ Apollinea pendentem ſuſtulit æde
Quem tamen indocto ferientem pollice chordas
Vindice diſcerpſit rictu nocturna canum uis:
Illa recepta polo: ceu quondam ſaxa nemusq;
Sic nunc ſtelliferis agit aurea cornibus aſtra.
Quin et Pellæi quondam præſaga triumphi
Delicuit ſudore ſacro Libethris imago
Tantus honor Getico fuit et poſt funera Vati.
At tu qui merito dulcem cratera magiſtro
Obtuleras: uolucri penetrans in ſæcula fama
Cantando trahis helyſios Muſæ minores.
Contra autem indocilem nimis exſecrat̃ alumnū
Immemoremq; Linus uocat: ingratumq; laborū

Mors Ophei

Cithara flens

Neanthus

Fabula remotior de Orphei lyra

Lyra in caelo
Cornua lyrae
Statua Orphei praenuntia Magno Alexandro
Muſaeus.

Crater Muſaei liber.

Linus occisus a discipulo Hercule

Amphitryoniaden: qui quondam triste perosus
Doctoris magni imperium: ueneranda rebelli
Contudit ora lyra: et clamantem plurima frustra
Tendentemq; manus / obtestantemq; peremit /
Heu non ista piæ meritum sibi præmia linguæ

Arion

Thamyras

Iam Methymnæum uatem delphine reuectum
Iam Thamyram cantu doctas anteire sorores
Fretum: mox citharæ damnatū et luminis orbū

Quod inuentum Thamyrę

Quis nescit? princeps idem (ni uana uetustas)
Ad faciles uenerem inlicitam cōuertit ephebos:
Insignemq; sacro tulerat certamine palmam

Qui primi uicerint in certamine musico

Tertius: hoc eteni Cirrhæus honore Philāmon
Claruit ante pater: sed Cres præuenerat ambos
Chrysothemis: Nam demodoci uiuacior æuo

Phylammon

Chrysothemis

Demodocus

Meletęç carthç

Phemius

Fama meletæis gaudet iuuenescere chartis
Et tua neritias iuito pectine mensas
Qui celebras / eteni ut stellas fugere undiq; cælo
Aurea cum radios Hyperionis exseruit fax

De Homero uate

Cernimus: et tenuem uelut euanescere lunam:
Sic ueterum illustres flagranti obscurat honores
Lampade Meonides: Vnum quem dia canētem
Facta uirum / et sæuās æquantem pectine pugnas
Obstupuit: prorsusq; parem cōfessus Apollo est.
Proximus huic autem: uel (ni uenerāda senectus

De Vergilio

Obstiterit fortasse prior) canit arma uirumq;

Vergilius: cui rure sacro: cui gramine pastor
Ascræus/Siculusq; simul cessere uolentes:
Quem non tabifico mordax attingere liuor
Dente queat: liuor tādem et Sandalion ausus
Carpere: cum dominā asseruit sua forma Dionen
Excipiunt gemini procul hos: longeq; secuntur
Qui septem Cadmæa uocent ad mœnia reges:
Hunc Phœbea Claros: Cumæa Neapolis illum
Protulit: hic elegis etiam tua funera Lyde
Flet pius: herois ille audax uersibus effert
Magnanimum quoq; Peliden: hic deniq; magni
Instar habet populi pendētem ad uerba Platonē:
Ille etiam siluis partum sibi prædicat aurum.
Ecce alii primo tentatum remige pontum
Palladiamq; ratem: tabulasq; dedere loquaces.
Quorum threicio personam primus ab Orpheo
Accepit/salubri Miscelli gente creatus.
Alter Alexandri nilotidas abnegat arces
Exosus natale solum: tumidamq; colosso
Solis/et irriguam pluuio Rhodon expetit auro.
Huius in ausonio uestigia puluere Varro
Pone legit liguæ haud opulēs/ut barbara Narbo:
Vt quem paruus atax latiæ transcripserat urbi.
Atq; idem imparibus proprios exponit amores
Leucadiamq; suam numeris: succedere magno

Hesiodus
Theocritus
Liuor nocere
Vergilio nequit

Fabula de liuore
et Venere

De Antimacho
et Statio thebai
dos scriptoribus
Lyde
Antimachi

Plato unus pro
populo

De argonauticō
auctoribus
Tabulę loquaces
Orpheus
Miscellus Cro
tonos conditor

Apollonius
Colossus rho
dius. Aurea
pluuia. Varro
Atacinus. Atax
Leucadia Var
ronis

Lucilius auctor satyrae | Auruncæ quondam frustra conatus alumno.
Nam te Flacce sinu sulcantem cærula pleno
Valerius flaccus | Heu iuuenem cursu excussit mors sæua: priusq̃
Aesonides Pagasas: patriamq; reuectus iolcon:
De Hesiodo poeta | At tibi Dædaleos monitus heliconie uates
Qui sequeris: neq; uentosis in nubibus alas
Expandis: neq; serpis humi: sed præpete lapsu
Ceu medium confine terris: quo carmine dignas:
Addiderim tādē: quo ue ore aut pectore laudes?
Musae uisae Hesiodo | Scilicet huic patriis pecudes in uallibus olim
Seruanti/cunctæ sese indulxere uidendas
Lauru donatus Hesiodus a musis. | Aonides: laurumq; uiro: uocemq; dedere
Qua superū caneret stirpem: præceptaq; morū:
Opera Hesiodi | Descriptosq; dies operum: clypeumq; tremendi
Vicit Homerum | Herculis; et ueteres diuum genus heroinas:
Ergo et chalcidico uatum certamine quondam
Hesiodus | Retulit auritum tripoda: et(si uera minores
Mors Hesiodi et ei habitus honos | Audimus)cātu magnum quoq; uicit Homerum.
Moxq; dolo extictum mersumq;/ad littora tristis
Delphinum uexere chorus: nec defuit index
Fabula remotior | Turba canū/medioq; darent qui corpora sontū:
Mersa mari: et meritā placarēt mortibus umbrā.
Vbi ossa Hesiodi | Ossaq; fatali tellus minyæa sepulchro
Nūc habet annosæ conspectu iuuenta uolucris:
Cornix osten dit Hesiodum | Nec quae magnanimum nodosæ robore clauæ

Inſtruit alciden: nullum nomenq; decuſq;
Conciliat ſterili Piſandria muſa Camiro:
Nec qui biſſenos iterum memorare labores
Audet: et a primo uatum figmenta priorum
Vſq; chao repetit: non ſaltem laudibus æquet
Aſcræum Clariumq; ſenes/ neq; Chalcis alumnū
Euphoriona tacet: uario qui perſonat ore
Mopſopiam: neq; Tyrtæi lacedæmona cantu
Victricem ſe ferre pudet: licet impare greſſu
Tenderet. Adde nouis mutātem corpora formis
Parthenium: pictiq; notantem lumina mundi
(Namq; hoc præcipue ſe carmine iactat Aratum
Cui cor ab intonſi fax ore accenſa Philini
Vrebat miſerum: quem terra Ciliſſa recepit:
Et portentoſo celebrem dedit eſſe ſepulchro.
Nec te quem colophon tulerit Nicandre tacebo
Pæoniis celebrem ſtudiis: qui nigra uenena
Prodis: et emiſſas ſerpentum fauce ſaliuas
Tum medicam ſubiungis opem/ prædicere finem
Morborum/ et tacitas gnarus deprendere cauſas.
Atq; idem pia rura ſonas/ dulciſſima miſcens
Auſtero figmenta operi: ſed luſtra ferarum
Scrutatur: captat uolucres: prolemq; natātum.
Mox dat habere pio gratiſſimus antonino
Oppianus: docti prædiues honore laboris

Opus Piſandri Herculeia
Camirus ſterilis
Panyaſis herculeiam compoſuit et fabulas a chao ad ſuam ętatem.
Mopſopia
Euphorionis opus
Tyrtęus Parthenius. Aratus
Philinus
Arati amor.
De ſepulchro Arati
Nicander
Opera Nicandri
Opera Oppiani
Antoninus pius

Dionysius poeta
Pingit: et exiguis totum Dionysius orbem
Terrarum in tabulis: sed non et prælia Bacchi
Nonnus
Nonnus in exigua potuit contexere tela:
Enumeratio librorum Callimachi
Battiades Hecalen sonat: et marathonia gesta
Celsior assueto: causasq; ætate latentes
Prodit: et undeno molles pede cantat amores:
Et nunc ingratum tenebrosus deuouet Ibin.
Nunc supos celebrat/nūc tristibus ardet iambis.
Nunc humili premitur socco/nunc ille cothurno
Altior assurgit: centumq; poemata pangens
Dissipat in uarios heliconia flumina riuos.
De Ouidio
Sed Tiberim dominum rerum: mūdiq; potētem
Ambigitur rigui ne tener Sulmonis Alumnus
Nobilitet magis: an uero tibi Roma pudori
Sit potius: getica sic semisepultus harena
Causa Ouidiani exilii
Pro dolor exul/inops/nimium quia forsan amico
Lumine Cæsareæ spectauerit ora puellæ.
Opera Ouidi
Ille nouas primo facies transformat ab æuo.
Ille cupidineas uersu canit impare flammas
Inuoluitq; nouum dubiis ambagibus Ibin.
Vel dat amatricum dictatas ore tabellas.
Vel miser exilium cycneo gutture deflet.
Temporaq; et causas Romani digerit anni/
Vel memorat pisces: et adhuc ignara latinis
Nomina: uel cælo labentia computat astra/

Et replet astrictas diuerso epigrāmate chartas:
Consutum quoq; Syrma trahit: suspēdit et unca
Nare/malos: (quorum nūc omnia plena) poetas/
Indulgens tamen usq; sibi: nam præditus acri
Nimirum ingenio: faciem putat esse decoram
Carminis: inspersus maculet quam deniq; neuus.
Iam senior triplici uates qui corde supbit
Meonides Italis(ni fallunt uisa)secundus
Bella horrēda tonat/Romanorumq; triumphos:
Inq; uicem nexos per carmina digerit annos
Arte rudis/sed mente potens/parcissimus oris.
Pauper opum/ fidens animi/morumq; probatus/
Contentusq; suo: nec bello ignarus/et armis
Quem rudiis ortum rigidi quæstura Catonis
Ad septem geminas iuuenem deduxerat arces.
Mox comes armorum Fului/qui sanguine partas
Scilicet haud dubitat latiis sacrare camenis
Exuuias: dedit ætolis hostilia campis
Corpora multa neci: longe gratissimus idem
Scipio magne tibi: et calabris uicinus in hortis
Virtute emeritis: cuius gentile sepulchrum
Mox tenuit: nullo patiens sua funera fletu
Produci: lætusq; uirum uolitare per ora
Præterea tragico boat ampullosus hiatu
Comica lasciuo proscænia laxat iambo

Quç uoluntas in scribendo Ouidi

Tria corda Ennī

Homerus secundus

Mores Ennī

Cato censorius

Fuluius nobilior

Scipio Affricanus. Sepulchrū Enni

Libri Ennianī

Nęuius

Catullus Vero nensis

Clodia quę Lesbia

Aemilius Macer Veronensis

Opera Macri

Lucretius

Cicero Lucreti libros emendauit

De graecis qui physica tractauere carmibus

Amyclae

Empedocles

Heraclitus scotinos

Exponit satyros: latioq; Euhemeron infert.
Et modo reprensi deflorans carmina Næui
Carmina: quæ quondam fauni uatesq; canebāt:
Mox gemet ipse suo natas in littore conchas
Præcultū purgare fimo: et sibi ferre Maronem:
Sed quanq̄ in primis docto Verona Catullo
Gaudet: uulnificos: elegis qui miscet iambos:
Et sub adoptiuum redigit te Clodia nomen
Parturit et forte forti quoq; carmine Achillem:
Atq; urbis proceres multo sale defricat audax:
Cæsareæq; notas / et inurit stigmata fronti:
Nō nihil Aemiliū tamē hæc quoq; iactat alumnū
Texentem tenui Macrum subtemina filo
Dū uolucres numeris/dū gramia pigit et angues.
Nec qui philtra bibit: nimioq; insanus amore
Mox ferro incubuit: sic mētem amiserat omnem
Vt non sublimi caneret Lucretius ore
Arcanas mundi causas: elementaq; rerum
Doctus: et Arpino tamen exploratus ab ungui
Scilicet et ueteres naturam pandere Grai
Carmine tentarunt celebri/ceu maximus ille
Aerisonas pedibus/qui quōdā inductus amyclas
Insiluit Siculi rapidum cratera camini:
Et cui de uocum tenebris cognomina flenti
Addita: quosq; alios studio sapientia dulci

Implicuit:cecinitq; diu memoranda uetustas:
Emicat hesperio trifidum ceu fulmen ab orbe: Lucanus
Qui uix puber adhuc:rudibusq; tenerrimus ãnis Opera Lucani
Hæmonios iterat currus:auroq; repensum
Hectora/tartareasq; domos:dirumq; Neronem
Orpheaq;/et meritæ peragit præconia Pollæ
Lasciuitq; iocis/ac torrens uoce soluta
Dulichias æquare niues:et fulmina tendit Pericli fulmi
Quanta Pericleo lepor intorquebat ab ore: na et lepor
Mox tonat ardenti pharsalica prælia cantu
Aegyptiq; nefas:primo uix flore genarum
Conspicuus/toruo quem protinus ore secundum
Respexit:captæ uix ausus fidere palmæ
Vergilius : sed iniqua bonis Rhamnusia tantis Rhamnusia
Heu decus hoc orbi inuidit:ne uindice ferro
Assereret miseras incesto a principe terras:
Tu fœlix tamen/o/iuuenis:(nam conscia pœnam
Corda leuant)fœlix inq̄:licet ille cruentum Mors Lucani
Rugiat : et truncas desiccet sanguine uenas Cõtra Neronẽ
Fronte minax:diræq; instinctus uerbere matris:
Macte animo/non te/o/uates parnasside lauru
Ne quiquã deus/et cithara dignatus honora est.
Post hunc sidoniæ damnat periuria gentis Silius Italicus
Emeritosq; foro musis/tandem asserit annos
Silius/ ausonio qui quondam fulgidus ostro

Expulit horribilem uitaq; aulaq; tyrannum
Ipſe obiit plenuſq; æui: natoq; ſuperſtes

Claudus
Saleius Baſſus
Seuerus

Aſpera congenito fixus ueſtigia clauo
An taceam Baſſum: grauido tua dona ferentem
Veſpaſiane ſinu/et fantem Sicula arma ſeuerū?

Ponticus
Claudianus
Florentia
pulchra

Aut te ſidonias repetentem Pontice thebas?
Aut peluſiaci miſſum de Plebe canobi
Pulchra ſuū / quē nūc Florētia iactat alumnum:
Gaudentem ſtygio dominam iunxiſſe marito
Magnanimiq; uagos ducis oſtentare labores?

Manlius aſtro
nomus
Poete quorum
Ouidius
meminit

Aut te Niliaca relegentem ſidera cura:
Bis uates Manli: et Babylonia ſigna ſequentem?
Quoſq; ſibi æquæuos puro uocalior ore
Nequa laboranti incumbant obliuia famæ
Naſo refert: queruli tangens confinia ponti?

Valgius
De elegiae ſcri
ptoribus
Tibullus
Propertius

Et qui ſmyrnæis poterat contendere plectris
Valgius: ut terſi memorat pia muſa tibulli?
Muſa ſibi primos/que iure aſciſcat honores:
Imparibus numeris: ni blanda Propertius ora
Soluat: et ambiguam faciat certamine palmam.

Gallus
Plania que delia
Hoſtia que cyn
thia. Citheris
que Lycoris

Plania materiam teneri dat/et Hoſtia cantus
Nomine ſuppoſito: ceu Galli mima Citheris
Perſonam falſæ laſciua lycoridos affert
In ſcænam et docto cluſam ſe iactat amanti/
Dum miſer ipſe ſuo fodiat præcordia ferro

At non exigui tenuis quoq; pagina Calui
Dissimulat pulchram: sed acerbo funere raptam
Quintiliam: nec chous ad hæc nõ sacra Philetes
Quanq̃ est æger adest: quanq̃ uestigia lento
Fulta grauat plumbo: nec qui sine amore/iocisq;
Iucundum nil esse putat. Quid rustica dicam
Iubila pastorum siluis meditata sub altis?
Vt patrias Moschus non inficiet auenas?
Externasq; Bion? ut opaca Tityron umbra
Prouocet ausonio Calpurni fistula cantu?
Aerios procul intractus et nubila supra
Pindarus it Dircæus olor: cui nectare blandæ
Os tenerum libastis apes/dum fessa leuaret
Membra qete puer mollem spirantia somnum.
Sed tanagræa suo mox iure poetria risit
Irrita qui toto fereret figmenta canistro
Tum certare auso palmã intercepit opimam
Aæoliis præleta modis: atq; illice forma
Ille agatoclea subnisus uoce/coronas
Dixit olympiacas: et qua uictoribus isthmos/
Fronde comam: delphiq; tegãt/nemiæaq; tesqua
Lunigenam merita feram. Tum numina diuum
Virtutesq; uirosq; undanti pectore torrens
Prouexit: sparsitq; pios ad funera quæstus.
Frugibus hunc: libisq; uirum Cirrhæus ab ara

Caluus exiguus
Quintilia
De Philete choo
Mimnerinus
Iubila
De bucolicon auctoribus
Theocritus
Moscus. Bion
Vergilius
Calpurnius
De lyricis
De Pindaro
Corinna
Opera Pindari
Lunigena Leo
Honos Pindaro habitus

Pan auditus canere uerſus

Phœbus/et accubitu menſe dignatus honoro eſt:
Panaqꝫ paſtores ſolis uidere ſub antris

Pindaricos

Pindarico tacitas mulcentem carmine ſiluas:
Inde ſenem pueri gremio ceruice repoſta

Mors Pindari

Infuſum: et dulci laxantem corda ſopore

Hiſtoria remotior de Pindari morte

Protinus ad manis: et odoro germine pictum
Helyſium tacita rapuit Proſerpina dextra

De domo et poſteritate Pindari

Quin etiā hoſtiles longo poſt tempore flammæ
Quæ ſeptēgeminas populabant undiqꝫ Thebas
Expauere domum tanti tamen urere uatis:
Et ſua poſteritas medios quoqꝫ tuta ꝑ enſes
Senſit inexhauſta cinerem iuueneſcere fama.

De Anacreonte

Non ego te longo præſignis Anacreon æuo
Tranſierim bicolore caput redimite racemo:
Cui citharæ cordi: cui nigri pocula Bacchi
Semꝑ/et ancipiti ſtimulans Amathuſia cura

Smerdis

Nam modo threicii crinem miraris ephebi/

Bathyllus
Adraſtea

Nunc Samium celebras (iubet Adraſtea) Bathyllū

Eurypyle

Nūc tenerā Eurypylen: tenerūqꝫ Megiſthea lau (das

Megiſtheus
Mors Anacreontis, Lycus puer

Tandē acino paſſæ peris interceptus ab uuæ
Ipſe lyci nigros oculos: nigrumqꝫ capillum
Quāqꝫ uides digito natiuam inoleſcere gēmam

Alcęus

Exactoſqꝫ canis pugnax alcæe tyrannos

Aureum plectrū

Aeolium docto pertentans barbyton auro

Spolia

Arma: ſed Attææ tua fles ſuſpenſa mineruæ.

Sustinet heroi ualida testudine pondus — Palinodia Stesichori
Carminis et dānans Helenen laudansq; uicissim
Amittit recipitq; oculos tuus Imera Ciuis
Stesichorus: quē trux Phalaris ueneratus et hostē — Phalaris
Cuius et in labris sedit puerilibus olim (est. — Luscinia in ore Stesichori
Daulias: et uestrum musæ cantauit alumnum
Sed uocat ad lacrimas Cei pia Nænia uatis — De Simonide
Vnum Mnemosyne quōdā: præq; omnibus unū — Mnemosyne
Quem coluit: sæuæ quem subtraxere ruinæ
Ledæi iuuenes: uacuam cui tristis ad arcam — Arca gratiae
Gratia flet laniata comas nudata lacertos:
Quiq; sui uindex fuit et post fata sepulchri — Historia remotior
Ipsi etiam patria pressi breuitate lacones — Laconismos
Ascitum largo tamen ore Alcmana recensent — Alcman
Quem tulit auriferos ostentans Lydia fontes
Nunc gemit heu tineis artus et tabe peresum.
At te cui numeros dictat dea Suada canoros — Ibycus
Ibyce: quiq; marem tantum meditaris amorem
Nec superi nec auis pygmæa reliquit inultum — Historia de gruibus
Et nunc Rheginis tua sedibus ossa quiescunt: — Auis pygmaea
Nec uulgare canit dulcis ab Iulide Siren
Bacchylides: sed enim lyricis iam nona poetis — Bacchylides
Aeolis accedit Sappho: quæ flumina propter — Sappho
Pierias legit ungue rosas: Vnde implicet audax — Rosae Pieriae
Serta cupido sibi: niueam quæ pectine blando

Gyrinne. Megara: Atthis. Anactorie.
Telesippe
Fabula de Phaone

Gyrinnē: Megaräq; simul: cūq; Atthide pulchrā
Cantat Anactorien: et crinigeram Telesippen.
Et te conspicuum recidiuo flore iuuentæ
Miratur/reuocatq; Phaon/seu munera uectæ
Puppe tua ueneris/seu sic facit herba potentem:

Mors Saphūs
Gorgo
Andromede

Sed tandem ambracias temeraria saltat in undas.
Quæ totiens Gorgo/totiens incesserat atrox
Famosam Andromedē: patriaq; libidine turpē:

Praxila
Nossis

Non illi praxilla suos: prædoctaq; Nossis
Contulerint/Myrtisq; modos: nō dulcis Agacles
Non Anyte/non quæ uersus Erinna trecentos
Castalio ceu melle rigat: non candida Myro

Myrtis
Agacles
Anyte. Erynna
Myro
Telesilla
Aegis Corynnę opus
Apis horatius
De satyrę auctoribus. Lucilius

Nec Telesilla ferox: non quæ canit ægida sæuæ
Pallados effusum crinem uictata Corinna
Illam etiam decimo/cunctæ accepere sedili
Pierides: sertumq; nouem de floribus auro
Contextum nitidis lætæ imposuere capilis:
Hinc uenusina fauos dulci iucunda susurro
Carpsit apis: sed acu ferit irritata cruento
Hæc eadem rigidis auruncæ in uepribus errans:

Persius
Iuuenalis
De scriptoribus Iambi
Lycambiades
Archilochus

Quas Persi manus: et bilem succensus Aquinas
Mox legere sibi: neq; enim his metuendus Iambo
Certet Echidnæo: licet acrem effusus in iram
Ore Lycambiadas rabioso occiderit ambas:
Archilochus: medio licet illum in Marte pemptū

Vindicet: et nigro sit Pythia dura Calondæ
Nec ferus Hipponax/atro qui felle cruentus
Bupalon et stratum/morsu laniauit Athenin
Nec Batius: spinisq; Bibaculus asper acutis:
Multi Bacche tuo proculcauere cothurno
Fortunas regum ambiguas: et scæptra tyrannis
Extorsere feris/totumq; tremore metuq;
Horribiles: totum luctu oppleuere theatrum]
Pluraq; palladiæ quondam impendistis athenæ
Dū scæna oedipoden: pauidūq; agitatis horestē
Atreaq; et medica percussum Telephon hasta
Oenidæq; facem: furiisq; alcmæona pulsum:
Quosq; alios olidum cātor ꝑduxit ob hircum:
Quā cū barbarico Marathonia sanguine tellus
Incaluit: multoq; obstructæ funere Xerxen
Termopylæ tarda refugum uidere carina.
Auctorem peribēt Thespin quem iusta Solonis
Cura Cothurnatis iussit descendere plaustris.
Tres porro insignem sibi defendere coronam
Aeschylus aeriæ casu testudinis ictus:
Quemq; senem meritæ rapuerūt gaudia palmæ:
Quemq; tegit rabidis lacerū pia pella molossis:
Inuasere locum Plias septena secundum:
Quippe alios: quos nec centum sit dicere linguis
Fortunæ nunc quēq; suæ/famæq; relinquam.

C.I.

Calondas
Hipponax
Bupalos.
Athenis
Batius
Bibaculus
De Tragicis

Quantum in tragoedias atheniēses impenderint
Argumenta tragoediarum

Thespis
Solon

Aeschylus
Sophocles
Euripides

Poetę qui plias

Varius
Seneca

Ni latium Varius tamen obiectare thyesten
Ambiat: atq; suum iactet mihi Corduba uatem
Cuius ad Herculeũ tremefacta orchestra furorẽ ẽ

Accius
Pacuuius
Pomponius Secundus

Ecce et grandiloquo semet quoq; suggerit ore
Accius: et magna conturbat uoce canentem
Pacuuius: nitidumq; ostentat musa secundum:
Adde et mordaci quatientes pulpita risu

De comicis ueteribus
Eupolis

Eupolin: in medium quem mendax fabula põtũ
Cliniadæ manibus puppi deturbat ab alta.
Quiq; leues nebulas Attææ effuderat urbi

Alcibiades
Aristophanes
Cratinus
De comicis nouis. Menander
Philemon

Salsus Aristophanes: compotoremq; Cratinum.
Adde nouos etiam soccos: exemplaq; morum.
Et uariæ specimen uitæ: iam grata Menandro
Posteritas ipsoq; uolente Philemone palmam
Restituit: longe sequitur quem plurima turba

Athenaeus

Haud nostro referenda sono: sed pagina docti
Reddit Athenæi tamen/insinuatq; futuris:
Claudicat hic latiũ: uixq; ipsã attingimus umbrã
Cecropiæ laudis/grauitas Romana repugnat.

Caecilius
Terentius
Scipio
Plautus

Scilicet: et quamuis multo Cæcilius ore
Iactetur: quamuis iucundi scripta Terenti
Scipio dissimulet: quamuis Plautina camenis
Lingua opicis placeat/scænam tamen ipsa suorũ
Aeneadum fugit alma Venus: tantumq; togatis

Togatae
Afranius

Interdum Afrani grato se indulget honore

Hos tamen/atq; alios/Volcatius ordine sistit
Sedigitus: Mimos sed .n. scripsere proteruos.
Implicitusq; Sophron: risuq; Philistio tandem
Perditus: Hinc Laberi lasciuia: multaq; Publi
Claruit ausonio sententia dicta theatro
Pars quoq; Sotadicos ceu prostituere cinædos
Pars tenues sparsere sales epigrammate multo
Sed latio celebres quem misit Iberia Marcum
Romuleumq; suis exornans fascibus annum
Ausonius: mitto Hortensi/doctiq; Catonis
Qui solus legit quondam fecitq; poetas.
Mitto et cornifici/lusus: Ticidæq; Perillam
Et Cinnam obscurum: teq; ore proteruior Anser
Pammetron hic cecinit: Sillos dedit ille licentes
Ille Menippeæ ioca miscellanea peræ
Infersit: satyros alius nudauit agrestes
Et patuere nouæ per mille poemata curæ:
Quas ego si pyliæ duplicentur tempora uitae
Iam mihi: si cunctas nostra in præcordia uoces
Fama ferat: rigidoq; sonent hæc pectora ferro
Non amplecti ausim numero/non ore profari
Eualeam/tantæ ue situm indagare senectæ.
Nec tamen Aligerũ fraudarim hoc munere Dãtẽ
Per styga/per stellas/mediiq; per ardua montis
Pulchra Beatricis sub uirginis ora uolantem:

Volcatius
Sedigitus.
De mimorum scriptoribus
Sophron
Philistio
Laberius
Publius
De Sotadicis
De epigrãmatis
Martialis
Ausonius
Hortensius
Cato
Cornificius
Ticida
Cinna
Perilla
Anser
Pammetron
Sili. Laertius
Saturę menippeę
Timon.
.M. Varro
Satyricae fabulę

De poetis qui patria lingua florentina scripserunt Dantes

Franciscus Petrarcha. Ioannes Boccacius Guido caualcantes

Florentia.
Ad Laurétiú Medicé apostrophe
Cosmus Medices. Petrus Medices

Quam eleganter extempore Laurentius canat

Ecloge Laurenti Medicis: in qua Pan et Apollo cantu certant

Quiq cupidineum repetit Petrarcha triumphũ
Et qui bisquinis centum argumenta diebus
Pingit: et obscuri/qui semina monstrat amoris
Vnde tibi immensæ ueniunt præconia laudis
Ingeniis/opibusq potens Florentia mater.
Tu uero æternam per aui uestigia Cosmi
Perq patris (quis enim pietate insignior illo?)
Ad famam eluctans: cuius securus ad umbram
Fulmina bellorum/ridens procul aspicit Arnus
Meoniæ caput/o/Laurens: quem plena senatu
Curia: quẽq graui populus stupet ore loquẽtẽ:
Si fas est/tua nunc humili patere otia cantu
Secessusq sacros auidas me ferre sub auras
Namq importunas mulcentem pectine curas
Vmbrosæ recolo te quondam uallis in antrum
Monticolam traxisse deam: uidi ipse corollas
Nexantem/numerosq tuos prona aure bibẽtem
Viderunt socii pariter/seu grata Dianæ
Nympha fuit: q̃q̃ nullæ sonuere pharetræ
Seu soror Aonidum/et nostræ tũc hospita siluæ:
Illa tibi lauruq tua: semperq recenti
Flore comã cingens pulchrũ inspirauit amorem:
Mox et apollineis audentem opponere neruis
Pana leues calamos nemoris sub rupe pherei
Carmine dum celebras: eadem tibi uirgo uocãti

Astitit: et sanctos nec opina afflauit honores.
Ergo et nocticanum p te Galatea Corinthum
Iam non dura uidet. Nam quis flagrantia nescit
Vota: cupidineoq; ardentes igne querellas.
Seu tibi phœbeis audax concurrere flammis
Claro stella die: seu lutea flore sequaci
Infœlix clytie: seu mentem semper oberrans
Forma subit dominæ: seu pulchræ gaudia mortis
Atq; pium tacto iurantem pectore amorem:
Atq; oculos canis/ atq; manus: niueisq; capillos
Infusos humeris/ et uerba/ et lene sonantis
Murmur aquæ: uiolæq; comas: blãdũq; soporem
Lætaq; quam dulcis suspiria fundat amaror
Quantum addat formæ pietas/ q̃ sæpe decenter
Palleat/ utq; tuum foueat cor pectore nymphæ:
Non uacat argutosq; sales: satyraq; bibaces
Descriptos memorare senes: non carmina festis
Excipiẽda choris: querulas ue animãtia chordas.
Idem etiam tacitæ referens pastoria uitæ
Otia: et urbanos thyrso extimulante labores:
Mox fugis in cælum non ceu per lubrica nisus
Extremamq; boni gaudes contingere mætam:
Quodq; alii studiumq; uocant durũq; laborem/
Hic tibi ludus erit: fessus ciuilibus actis
Huc redis/ emeritas acuens ad carmina uires

Ecloge cui nomen Corintho Argumẽta amatoria Laurentii librorum

Iocosa carmina Satyra in senes bibaces. Carmina choris aut citharae apta

Liber Laurentii Medicis de summo bono. in quo etiam de rustica et ciuili uita

De Petro puero LauR. F.

Fœlix ingenio: fœlix cui pectore tantas
Instaurare uices: cui fas tam magna capaci
Alternare animo: et uarias ita nectere curas.
Quod ni blanda meum lactant præsagia sensum
Ni pietas: ni longus amor: ni uana magistros
Aura/suo nimios iubet indulgere fauores
Quemq; operi: ni me tacita experientia fallit:
Ibit in exemplum natus: mea maxima cura:
Ibit in acta patris: sese tanta indole dignum
Præstabit: lustris nondum tribus ecce peractis
Iam tamen in latium graiæ monimenta senectæ
Euocat/ et dulci detornat carmina plectro/
Meq; per aoniæ sequitur compendia siluæ
Ereptans auide montem : iamq; instat hanelo
It iam pene prior: sico /sic pergat: et ipsum
Me superet maiore gradu: longeq; relinquat
Protinus: et dulci potius plaudatur alumno
Bisq; mei uictore illo celebrentur honores:.

FINIS

Absoluta est in fesulano. viii.
Idus octobris. Mccccłxxxvi.

D. Angeli Politiani opuſculum hoc elegantiſſi
mum impreſſum eſt Bononiæ per Platonem im
preſſorem accuratiſſimum Anno domini
Mccccclxxxxi decimo kalendas Iulias